fugiuit.Et habemus hereditates quas damus in ipso monasterio,id est: villare de Comiais et de Lousadela.Similiter de mancipes quos uolumus ingenuare per remedium anime,id est:Astrulfo,Gulderes,filios de Euangelit et de Nadina,integros; filios Castemiri et de Legia,ab integro; Trudildi et Mirello Faii de Mellone;Johanne de Conimbrianos cum suos filios;Honosinda,filia de Conrrifo;Efroino et suos iermanos,filios Altiolfo,et uxor sua Gindimira et alios quos inienuare uoluerint per anime mee.

Hec omnia que superius tausatum est,si quis ex propinquis filiis uel nebotibus aut quisalibet homo qui hanc meam spontaneam uoluntate in aliquo conuellere uoluerit aut de omnia que ibidem resonat uel in minimo de eclesia aut de ipsos pauperes aliquot auferre contenderit,in primis sequestratus ab eclesie catholica et a conuentum christianorum sit extraneus a porcione corpus et sanguinis Domini et in eterna damnacione cum Iuda traditorem abeat participium; et insuper damna secularia adflictus inferat partim eclesie sancte tantum et alium tantum quantum ex eadem auferre uoluerit.

Notum die nono kalendas decembres,era DCCCCXXXVI.

Ego Gilluiria,in hac scritura oblacionis ad me facta.

2

917-enero-17

ELVIRA DA AL MONASTERIO DE SANTA MARIA DE FERREIRA DE PALLARES DIVERSOS BIENES.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Perreira de Pallares, 1082/1, 460 x 300 mm. visigótica cursiva.

EDT.-EMILIO SAEZ, Los ascendientes de San Rosendo,"Hispania" XXX,Documento nº 2.

(Christus).Domnis inuictissimis hac triumphatoribus gloriose Sancte Marie semper Uirginis et genitricis Domini seu Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum et Sancti Cipriani corum baselica fundata esse cernitur qui est riba Ferrarie, suburbio lucense.

Ego, ancilla uestra Gilduira, cum peccatorum mole depresa in spe fiducia ..... meritis respiro,non usquequaque disperatione deicior qui etiam teste consientiam reatus mei sebe pauesco; ut ergo per uos sanctissimi martires tandem reconciliari merear a Domino ad Sanctorum omnium sufraggio fida supplicatione uotis omnibus inploro,et ideo deuotioni mee estitit ut de paupertacula mea sancte eclesie uestre aliquantulum ex uoto proprio conferre deuerem.Hac si concedo/et offero glorie uestre adque sacrosanto altariorum uestrorum glorie uestre,in loco et territorio supra dicte fundate concedo,ut dixi,pro uicto adque uestimento monacorum in ipsa uestra eclesia deseruientium,qui ibidem religiose et humiliter uoluerit uiuere,diue pro luminaribus altariorum uestrorum uel elemosinis pauperum,concedo medietate de uilla que dicitur Fusines,qui est segus monte Cupeio,pro remedium anime mee et de meo filio Didaco qui iam migrauit de hoc seculo,siue galnaues duas,tapetes duos,scala argentea,mula et plumacio (1) ut omnia sicut superius resonat eclesie uestre offero perpetualiter abiturum,quam tamen scripture eclesie uestre traditam in arciuis glorie uestre confirmata repono, qualiter supra memoratas omnia iam dicte eclesie uestre ex presenti die et tempore perpetualiter iure pateant possidendas et abituras.

(1).Raspada una palabra.

Si quis tamen ex posteritatem meam aut quislibet homo contra hanc scriptura testamenti uenire temptauerit ad inrumpendum,aut hanc meam spontanea deuotione in alico conuellere uoluerit,inprimis sit extraneus ad sancta eclesia catholica uel a cetu christianorum,sit sequestratus a comunione et sanguinis Domini nostri Ihesu Christi et in eterna damnatione cum Iuda traditore abeat participium,et insuper damna secularia inferat parti eclesie uestre auri libras binas uel ternas et eclesie sancte perpetim abiturum.

Facta scriptura testamenti die XVIº kalendas februarias, era DCCCCLVª.

(Christus).Giluire in hanc scriptura testamenti quem fieri uolui et relegendo cognoui manu mea signum feci. (Signum)

(Christus).Nunnus cf.(Signum).

(Christus).Siue et mea portione de uilla Mirelli et una de illas metas hic de Ferraria.

(1ª columna).(Christus).Uermudus Tauroni,hic ts.(Signum).(Christus).Petrus Abregani,ts.(Signum).(Christus).Furtunius Abregani,ts.(Signum).(Christus).Ualtarius,abba,hic ts.(Signum).(Christus).Felix,presbiter lucense subditus, hic ts.(Christus).Gundiuadus,presbiter de ipsa sede,ts. (Christus).Cartemirus,presbiter,ts. (Christus).Sabaricus, presbiter,ts.(Christus).Karitosus,presbiter,ts.

(2ª còlumna).(Christus).Ildoncia Uistrari,hic ts.(Signum).(Christus).Guntina Hodoari,hic ts.(Christus).Adulfus, presbiter Sancti Felicis,ts.(Christus).Rudericus,presbiter. Gunderedi,ts.(Christus).Iginus Beuanii,ts.(Christus).Guldremirus,ts.(Christus).Abreganus Leouegildi,ts.(Christus).Elarius Domnoni,hic ts.(Signum).

3

925-marzo-26

EL PRESBITERO PEDRO DONA AL MONASTERIO DE FERREIRA DIVERSOS BIENES MUEBLES ET INMUEBLES,DEJANDO A SUS SOBRINOS Y LOS POBRES Y PEREGRINOS EL RESTO.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1082/2,300x 610 mm. Visigótica cursiva

(Christus).Domnis inuictissimis ac triunfatoribus gloriosisque martiribus corum baseliga fundata esse dignoxitur in logum que dicitur domini Gunteridi,uouis patronis meis,Sancti Romani,Sanctorum Petri et Pauli,Sancti Joanni et Sancte Eolalie territorio lucense,riba Minei.
Ego,indignus Petrus,presbiter nomen non merito,serbum serborum Dei omnium Deo seruientes facio testamento eglesie sancte iam supradicte,de omne meo ganato,quantum ibidem potuit ganare uel proliuigare,cum Dei adiutorio.Id est:Libros eglesiastigos prenominatos,Ordinum mancal commicum,duos Orationus,nouum et ueterus inter ambos unus suficent Psalterio Precum Orarium Cantigorum et Imnorum,in uno corpore,et alium librum que dicent Tobi,Iudit et Ester,totus nobus emendatos et perfectus.Domus,lagare, duos orreos cum omne suo utensilio,cupas,cupus,lectos,batedras, conpendiales,concas,messorios,mensas,intermisios,dornas,karros, aratros,grates,mulino,uel omne utensilio plenario quod ad usum pertinet ad deseruiendum,pomares duos,unus que est iuxta domus eglesie et in riba Minei,extra que dedit ad meos suprinos,nominibus Mirom,presbitero,et Amando,diagono,pro seruitio quam in ipsa casa fecerunt:Uacca et boue,singulas cupas,singulos lectos et singulos batabes,VIII obelias.Et istum alium super tacxatum testamus omnia eglegie sancte et ipsi nominati mei suprini uel sacerdotes et fratres que ibi in uita sancta perseueraberarint ad deseruiendum in opus eglesiastigum.Et deres quas ibidem est:Boues,uacas et obelias de omnia siue de caballos media post parte elesie et serbos Dei et media post parte anime mee in pauperes et perecrinos.
Ista omnia,quam de super conscripsimus,testamus eglesie sancte uel que ibidem in uita sancta fuerit perseueratus pro remedio anime mee.

Si quis,tamen,aliquis quispia generis homo contra hanc factum meum testamenti uenire connauerit ad inrumpendum aut confringendum,in primis sit estraneus ad corpus et ad sanguinem Domini Nostri Jhesu Christi et cum Iuda Domino proditorem sit condemnatus in perpetuas penas,sit pabulum ignis incendii perpetui et insuper affictus damna secularia,pariet post parte eglesie uel cui lex dederit tantum et aliut tamtum quamtum de super contacxauimus parti eius reexoluat et hanc scriptura testamenti plena habeat rubor.

Factus testamentus die VII kalendas apriles,era DCCCCLXIII[a].

Petrus,presbiter,in anc scriptura testamenti que fieri uolui a me facta manu mea.(Signum)

(1[a] columna).(Christus)Teoderici,comiti,cf.(Christus).Ueremudi,comiti,cf.(Christus).Soarius,iudici,cf.(Christus).Hosorius,iudici,cf.(Signo).(Christus).Munnia,cf.(Signo).(Christus). Fredenandus Eroni,cf.(Christus).Nuanus Eroni,cf.(Signo).(Christus).Garduigi ....,cf.

(2[a] columna).(Christus).Teodericus Lucidi,cf.(Signo).(Christus).Genobreda,cf.(Christus).Vinencius,presbiter,ts.(Signo). (Christus).Gundesindus,presbiter,ts.

(3[a] columna).(Christus). .....,clericus,ts.(Christus). Egeredus,presbiter,ts.(Christus).Trasmirus,presbiter,ts.(Christus).Nausti,presbiter,ts.(Christus).Rodericus,presbiter,ts. (Christus).Ausendus,presbiter,ts.(Signo).(Christus).Odoarius,ts.

(4[a] columna).(Christus).Ualtarius,abba,cf.(Signo).(Christus). Uincentius,presbiter,cf. (Christus).Sabarigus,presbiter,cf. (Christus).Caritotus,presbiter,cf.(Christus).Sisnandus,presbiter, cf.Christus).Hostofredus,presbiter,cf.

(Christus).Uistrilla,presbiter nomen non merito,notuit. (Signum)

4

939-julio-8

GUGINA ERIZ,CON SUS HIJOS ORDOÑO Y FERNANDA Y SU NIETO VERMUDO,CONCEDE AL MONASTERIO DE SANTA MARIA DE FERREIRA DE PALLARES LA VILA EN QUE ESTA EDIFICADO Y OTROS MUCHOS BIENES.

A. -MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares, 1082/3, 560 x 450 mm.Visigótica cursiva.

EDT.-EMILIO SAEZ,Los ascendientes de San Rosendo,Hispania XXX.Documento nº 7.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti indiuidue Trinitatis et in honore Sancte Marie semper Uirginis et genetricis Domini nostri Ihesu Christi siue sociorum Sanctorum Apostolorum,martirum,uirginum uel confessorum quorum reliquie consecrate sunt in predicto loco secus riuo Ferrarie,ubbis lucense,ubi Herus comes habitabit.

Ego exigua et pusilla omnium seruorum Domini ancilla Gugina simul cum filiis meis Hordonius,Fredenanda siue et nepto meo Uermudo,quum delictorum nostrorum honeribus grauati,in spe fiduciaque sanctorum meritis respiramus,non usquequaque disperatione deicimur qui etiam teste conscientiam reatum nostri criminis sepe pabescimus,ut per uos Sancti Dei tandem reconciliari mereamur a Domino ad Sanctorum omnium suffragium fida supplicatione uotis omnibus imploramus.Et ideo deuocioni nostre extitit ut de rebus nobis temporaliter creditis aliquantulum ex uoto probrio deberemus,et quia scriptum est: Uouete et reddite Domino Deo uestro.Ideo omni affectu operis eamdem deuotionem nostram implere procuramus,ac sic concedimus et offerimus glorie uestre adque sacrosanto altario eglesie uestre in loco et territorio supra dicte fundate;concedo,ut dixi,iam supra dicta Gugina,prò remedium anime mee uel de coniuge meo Gudesteo siue de parentes nostros Herus et Giluira,siue pro alimentum religiosorum,sacerdotum uel confessorum qui ibidem uitam sanctam duxerint eis deseruientium necnon et pauperum uel peregrinorum,donamus adque concedimus,id est:ipsa uilla de Ferraria cum omni sua prestatione quantum in illa ad prestitum hominis est per

suos terminos,secumdum illa obtinuerunt domnus Herus et domna Giluira,cum omni suo intrinsecus domorum,casas,cellaria, orrea,lacares,cupos,cupas,conpendiales,lectos,catedras,mensas,concas,mensorios uel omne propria qucquid ibi habere uisi sumus. Secumda uilla Lausatella integra per suos terminos,secundum illa obtinuerunt ipsi domni nostri parentes. Tertia uilla porciones que conparabimus in uilla Mirelli, terras et pomares sicut in nostras cartas resonat.Quarta uilla ubi dicent Ferrarias quantum in illa comparatum abemus,terra et pomares,sicut in nostras cartas resonat.Quinta uilla in ripa Minei que uocitant Uellani que conmutabi cum rege domno Hordonio,dedimus ei uilla in Ardone que fuit de nostro seruo Gogia,sicut in nostra carta resonat (1) siue que comparabi sicut in nostras cartas. VI^{a} uilla mea portione in uilla que uocitant Celiani,ripa Tirdene,que fuit de mater mea Adosinda,sicut illa abeo cum mea congermana Adosinda per medium,terras de Lappium que fuerunt de parentes meos uel abios.VII^{a} uilla portione que abeo in uilla que uocitant Nuuellua,que est in territorio Septem Eglesias, terras et pomares que ibidem comparabi sicut in meas cartas resonat,siue et domos uel omni intrinsecus domorum uel omnia quantumcumque ibidem edificamus uel ganamus. VIII^{a} uilla in ipso territorio,prope monte Summeto,que uocitant Baualdi, quantum in illa abeo comparato per meas cartas.VIIII^{a} uilla de Pascoso que fuit de domno Ranemiro et parabit illa Iusto Ofrasis ad Trastalo et ego conmutabi illa cum Trastalo,medietatem de ipsa uilla sicut illa abut Iusto extra alia media que testaberunt domno Ranemiro et domna Uistuerga ad eglesia Sancte Eolalie. X^{a} portione in uilla que uocitant Sancto Uirissimo ad Eglesia Pincta,que comparabi de Froila uel de suas heredes,quantum in meas cartas resonat. XI^{a} uillares de mone Lene que dicent Branias,quantum ibidem abemus de parentum nostrorum domno Hero et domna Giluira. XII^{a} in territorio Castelle,ripa Auie,uineam in uilla que uocitant Foramontanos,que comparamus de Lallone et de Maurigo cum suo lagare et cellario et cupas quatuor.(2) De uestito uel ornamentum eglesie: uelum principale palleum,casulla siricea pallea et alia amarella que direxit ibi mea filia Mansuara,signum de metallo que comparabi in centum solidos

(1).En blanco varios espacios.
(2).En blanco media línea.

cum suos akisos (3).De uestimentum lectorum: mutas de lecto antemano duas,uno palleo et alios tramesiricos,duos plumacios,X de argento;ceppa de XVI solidos et scala de X solidos (4),concos eramineos duos,aquamaniles duos (5),eguas (6), kauallos (7),mulum (8),uaccas uitulatas C (9),ouelias C, porcos C (10).Hec autem omnia,ut supra diximus,tam uillas quam aliut omnia post partem de mea quinta et de meo uiro domno Gudesteo,hec omnia concedimus in loco predicto et neminem hordinamus qui in alio loco aliquid ixinde auferat, uel ad regia potestate seu ad episcopo uel ad comite aut ad aliquem hominem,uindere aut donare presumat de hanc donaria nostra.

Et qui ausus fuerit unc uotum nostrum inrrumpere,tunc concedimus potestatem pontifici uel comiti territorio illius ut rem que de ipso testamento in alia parte presumserit in dublum uel quadrublum redintegret post partem ipsius eglesie uel monasterio.

Si quis tamen,quod fieri minime credimus,aliquis de parte nostra ausus fuerit uotum uel factum inrumpere,que nos sub tali pactum uel pretextum Deo concedimus et offerimus, in primis sit extraneus ad fide cattolica et condennatus in iudicio Domini nostri Ihesu Christi et cum Iuda traditore participium abeat in eterna dannatione et sit secregatus ad corpus et sanguinem Domini nostri Ihesu Christi et de nostra benedictione sit uacuus, et insuper pariet binos auri talentos et omnia post partem eglesie nostre uel fratribus qui ibidem in uita monastica perseueraberint sit perpetim possidendum.

Facta series testamenti sub die VIIIº idus iulii,era DCCCCLXXVIIª.

(3).Varios espacios en blanco.
(4).Varios espacios en blanco.
(5).Varios espacios en blanco.
(6).Varios espacios en blanco.
(7).Varios espacios en blanco.
(8).Varios espacios en blanco.
(9).Varios espacios en blanco.
(10).Varios espacios en blanco.

(Christus).Gugina hoc seriem testamenti quem fieri uolui et relegendo cognobi manum mea.(Signum).

(Christus).Hordonius,cf.(Signum).

(Christus).Fredenanda,cf.(Signum).

(Christus).Uermudus,cf.(Signum).

(1ª columna).Qui presentes fuerunt:Mandinus,presbiter. (Signum).Sauaricus,presbiter.(Signum).Ostofredus,presbiter. (Signum).Leouegildus,presbiter.(Signum).Odoarius,presbiter. Dauid,confesor.(Christus).Furtunius,diaconus.(Signum).Uincencius,diaconus.(Christus).Froila,diaconus.(Christus).Tigridius,diaconus.(Christus).Eginus,clericus.(Christus).Osorius,clericus.(Christus).Herus,clericus.Uermudus,clericus.

(2ª columna).Uitiza Froilaniz.(Christus).Froila,presbiter.(Christus).Braolio.(Christus).Odoario.(Christus).Antimio.(Christus).Lusidio.(Christus).Froila Braoliz.(Christus).Sisnandus.(Christus).Fafila Uisterisiz.(Christus). Randulfo.(Christus).Euenandus.(Christus).Uiliato.(Christus). Fredenando.(Christus).Grazanus.(Christus).Guntina,filia Odoarii.(Christus).Goncina,filia Martini.(Christus).Trastalo, filia Gonterici.(Christus).Ildoncia,filia Iusti.(Christus). Candidina.(Christus).Item Guntina.

(3ª columna).(Christus).Cartemirus,presbiter.Ioacinus, presbiter.Addaulfus,presbiter.Agimirus,presbiter.Gontemirus,presbiter.Gudesteus,confesor.

(Christus).Sub Christi nomine.Rudesindus episcopus cf. (Signum).

Frankila,abbas.(Signum)

Froila Guttieriz.(Signum)

Kartemirus,presbiter.(Signum)

(Christus).Ualtarius,abba.(Signum)

Kastemirus.(Signum)

Sisnandus,presbiter,scripsit.(Signum)

5

1034 -julio-9

LOS HIJOS DEL CONDE DON RODRIGO ROMANIZ SE DONAN MUTUAMENTE A SU MUERTE SUS BIENES SI NO TIENEN HIJOS.

A.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1082/5,190 x 463 mm.Visigótica cursiva.En muy mal estado de conservación.

(Christus). In nomine Domini Nostri Jhesu Christi. Non est enim dubium set multis manet cognitum eos quos coniuncti sumus filiis comite Roderico Romaniz et eius coniungea comitissa Geluira Ruderiquiz.It sumus, Eldonzia Ruderiquiz,Aragunti Ruderiquiz,Munniu Ruderiquiz, coniuncti sumus in quorum concilium hic in Belleli in diem Sanctorum Christophori ante auia nostra,domna Odrozia,et eius filia mater nostra,domna Geluira,et comitissa domna Velasquita et comitissa domna Tuda et comitissa domna Onneca et judicis abba Aras Pinioliz et abba ..... Lougildiz et abba domno Gundissaluc et alii multi filii bene natorum et per consensum eorum placui nobis absto animo et proprias nostras uoluntates nullisque gentis inperio neque suadentis articulo set propria nobis accesit uoluntas ut iam dictis Ildoncia et Aragunti et Munniu . ..... nos scriptum bene factis sicuti et facimus de omnia nostras hereditates quantas ad nobis uenerunt in particione inter nostris fratribus uel heredibus de abiorum uel parentorum nostrorum sibe et de ganantias et uillas et monasteriis et criazone et castellos et omnia rem nostra quantum ad prestandum hominis est et teneamus unusquisque in uita nostra nostras porciones pacatas et non sedeamus ausus pro in alia parte extraneare nec uendere nec donare nec nullum scriptum inde facere non ad propinquis nec ad extraneis.Et unus ex nobis qui filium non relinquerit et primiter migratus fuerit,licentia abea ad prehendere eas illos uiuentes sicut in hunc factum resonat;et si unus

ex nobis filium relinquerit,abea et possidea ad intreco iuri quieto per omnia cuncta secula,amen.

Et quomodo illum adinplemus,sic illum confirmamus per sacramentum coram testium.

Set aliquis uos tamen,quod fieri non credimus,si aliquis homo contra istius scriptum benefactis ad inrrunpendum uel ad costringendum uenerit uel uenerimus et istum scriptum inrunpere,parie auri talenta per singula capita et istum scriptum plenam abea rouorem sicut lex godica doce.

Factum scripture benefactis sub die quod erit VI idus iulii,era LXXª II post millesima.

Ildoncia Ruderiz,Aragunti Ruderiz,Munniu Ruderiz in hunc scriptum benefactum unus ad alios manus nostras rouoramus.(Tria signa)

(1ª columna).Aluito Arianiz,conf.Froyla Pepiz,conf. Osorio Johannis,conf.Menendo Ordonis,conf.Guttierre Odariz,conf.Pelagio Sisnandiz,conf.Munniu Aluitiz,conf.

(2ª columna).Munniu Didaz,conf.Martino Menendiz,conf. Garcia Martiniz,conf.Adefonso Uistrariz,conf.Uelasco Sandiniz,conf.Tanoy Munniz,conf.Sandino Martiniz,conf.

(3ª columna).Et pro testibus:Romano,ts.Fredenando,ts. Sonimiro,ts.Ihoacino,ts.Tgecca,ts.Pelayo,ts.Ranamiro,ts. Ordonio,ts.

(4ª columna).Gudesteo,ts.Petro,ts.Cristobalo,ts. Munniu,ts.Piniolo,ts.Didaco,ts.Adefonso,ts.Ruderico,ts. Et alii multi qui bene uiderunt.

6

1048-julio-8

VERENDO CISTELLA,ABAD,Y EVENANDO DONELLA RECIBEN DE DOM PEDRO,OBISPO DE LUGO,LA IGLESIA DE SAN JAIME DE RIBAS DE MIÑO,AD NUTUM EPISCOPI,A CAMBIO DE ENTREGAR AL PRELADO Y A SUS SUCESORES LA MITAD DE LAS RENTAS DE DICHA IGLESIA.

B.-Madrid.-A.H.N.-Clero,Lugo,Catedral,1325 B/9, 165 x 120 mm. Traslado notarial de mediados del S.XIII. Minúscula diplomática.

Veremudus Cistella,abbas,(1) et Cuenandus Donnelia a nobis,domno nostro et pontifice Petrus,Dei gratia episcopo,facimus ad nobis pactum simul et placitum per scriptum liabile firmitatis die quod erit VIIIº idus julii,era IXXXVI post milesima.

Sic vobis exponimus et tale pactum vobis facimus super ipsa ecclesia que est de sede Sancte Marie prenominata Sancto Mamete de Ripa Minei,territorio in Palares,que a nobis datis de nostro mandato ad tenendum quen laboret et inderenzet illa pro uestra parte. Et teneamus ego eam quantum nobis placuerit uel successoribus uestris. Et cum quantum Deus nobis ibi dederit impleamus uestras iussiones et de uestros imperantes et per singulis annis faciamus nobis fidelem rationem medietatem de quantum ibidem Dominus dederit sicut anteccessoribus meis dederunt ad uestris. Et que non mittamus ad uos nulla supposita mala pro ut uos aut ipsa sedes mandaueritis in illa casa iam facta nec nos nec progenies nostra.

Et tam nos quam aliquis homo qui inde aliter fecerit et hunc pactum excesserit uel irrumpere uoluerit,pariat V solidos et ipsam ecclesiam in duplo.

Ego,Veremuius Cistella,abbas,et Cuenandus Donelici roboramus et confirmamus.

Fernandus Pelagii,notarius lucensis,transcripsit.

(1).-Tenemos muchas dudas de que este documento se refiera al abad de Ferreira de Pallares,pero como queda alguna posibilidad,lo incluímos.

7

1074-diciembre-13

EL CONDE DON MUNIO DONA A SU ESPOSA ILDUARA VARIAS PROPIEDADES QUE DESPUES DE SU MUERTE HEREDARAN SUS HIJOS.

A.-MADRID.-A.H.N.- Clero, Lugo, Ferreira de Pallares, 1082/6, 316 x 524mm. Visigótica cursiva.

(Christus) In Dei Nomine. Ego, Muninus Ruderiquiz, a uobis, coniungia mea, domna Ilduara, in Deo salutem, amen. Magnus est titulus donationis in qua nemo potest hactus largitatis inrupere neque foris legem proibere sed quod grato animo et propia mente donatus fuerit, oportet semper liuenter hamplecti.

Et ideo ego, comes Muninus Ruderiquiz, a uobis coniungia mea, domna Ilduara, placuit mici, propia mea uoluntate, ut facerem a uobis cartula donationis sicut et facio de ereditates meas propias que abeo de condam abiorum uel parentum meorum. Et sunt ipsas ereditates in urue Gallecie sub urbis lucense, tam monasterios quam ereditates prenominatas in territorio Palliares Ferraria cum adiunctionibus et cum criatione, sicuti ea obtinuit abia nostra, Otrocia, Deo uota; alia uilla, uocitata Seruilam, qui est cum adiunctionibus et cum criatione per suis terminis antiquis; Sancto Iacouo de Inter Ambas Aquas cum suas aiacentias et prestationes; Monte Auto cum adiunctionibus et criatione sicuti in suos scriptos resonat; alia uilla que nuncumbat procul cum suis adiunctionibus; Sancto Martino de Nalar cum adiunctionibus et criatione; Uliola cum suis testationis sicut obtinuit ea matre nostra; alia uilla qui est in territorio Dorra, uocitata Riba Ulie, et in territorio Asue, Pimiualia quos abeo de mea ganancia; Uilla Ursi qui est cum adiunctionibus et cum criatione; et in territorio Decze, Belleli cum suas adiunctionibus et criatione; Lalin qui est cum adiunctionibus et cum criatione sicut in suos scriptos resonat; Sancto Andre quod uocitant Cella Ualenti qui est cum adiunctionibus et criatione.

Ipsas iam nominatas tibi dono ab omni integritate, illos monasterios ut teneas eos in uita uestra et post obitum uero uestrum tornent se ad filis nostris et ad uestris. Et illos qui sunt laicales abeas illas ab omni integritate et post obitum uestrum offeratis inde pro remedium anime nostre et uestre terciam de ipsas ereditates et illas duas tercias relinquatis ad filia nostra domna Giluira et post obitum uero suum si abuerit filios relinquat ipsa ereditate ad eos et si filios non abuerit, concedat illas pro remedium anime

nostre et uestre ubi corpus nostros fuerint umatos.

Et pro cartula confirmada, recepi de uos alias donas que mici bena complacuerunt; III cauallos cum sellas et frenos et dedit uobis pro inde ipsas uillas et pro seruitium que mici facitis uel pro meo amore ut abeatis illas per su terminis et locis antiquis sicuti eas obtinuerunt abiis et parentibus nostris sicut decit in liber II, titulus V et sentencia Iª quales deuant scripture ualere de qui diem et annum abuerint et sentencia IIIIª contra priorem definicionem filio uel eredi non liceat reuenire et im liuer V et II titulus quales sencia Vª de rebus a marito mulieri concessis et sencia VIIª de rebus inter maritum et uxorem inuicón datis et in liuer X titulus primus sentencia prima et ualeat semel facta iusta divisio. Ob inde, ece eo, dux Muninus Ruderiquiz, ipsas ereditates de iuri nostro abrasas et in dominio et iure de eius coniungia mea comitissa, domna Ilduara, sit traditas atque confirmatas; abeatis uos iuri quieto.

Si quis, tamen, aliquis omo contra hanc carta ad inrumpendum uenerit, tam de parte nostra quam de extraneis, qui talia commiserit, pariet ipsas ereditates dublatas uel triplatas et tiui perpetim abituras.

Facta cartula firmitatis die quod erit idus December, era CªXªII post Milesima.

Ego, dux Munnio Ruderiquiz, ad tiui, uxor mea, in hanc cartula manu mea. (Signum et in signo Munio).

(1ª columna); Christus. Fagildus, abba de siterio Ante Altarios Christus. Adulfus, abba de cenobio Sancti Martini. Christus. Tanoi, abba de Claustra Sancti Antolini. Christus. Odoario, abba cf. Christus. Sesmondus, abba, cf. Christus. Petrus, abba, cf. Christus. Item Odoario, abba, cf. Christus. Onorigus, abba, cf. Christus. Petrus, confesus, cf. Chistrus. Pelagius, presbiter, cf. Christus. In hoc tempore regnante domno Adefonso, principem.

(2ª columna): Didacus, episcopus sedis apostolice. Christus. Vistrarius, episcopus lucense sedis. Christus. Aluito Segesediz, cf. Christus. Numno Diaz, cf. Christus. Suario Segesediz, cf. Christus. Arias Luz, cf. Ero Muniiz, cf. Pelagio Ordoniz, cf. Didagus Amaraz, cf.

(3ª columna): Christus. Testes qui enim uiderunt ea roborare: Pelagio, ts. Fredenando, ts. Rodorigo, ts. Ostromiro, ts. Uermundu, ts. Froilani Pelaiz qui notuit et confirmat.

8

S.XII

PELAYO PRETIS VENDE A DON IUZU ARIAS Y A SU ESPOSA UNAS HEREDADES EN PALIARES POR 30 SUELDOS Y DOS VACAS CON SUS TERNEROS.

A.-Madrid.-A.H.N.-Clero,Lugo,Catedral,1325 B/21, 168 x 215 mm. Visigótica cursiva.

(Christus). Ego,Pelagio Pretis,uobis,domno Iuzu Arias et ad conciam uestram domna Ildonzia,prolix Condesindiz,in Domino Deo eternam salutem,amen.

Ob inde placuit nobis atque conuenit,nullis quoque ingentis imperio nec ‹sua›dentis articulo,sed propria nobis accesit bone pacis uoluntas ut faceremus uobis iam dictis testum scripturam et kartulam uenditionis sicut et facimus de hereditate nostra propria que abemus de abiorum nostrorum in territorio Paliares iusta flumen Minio et in loco predicto ubi uocant monesterio de iusano Sancta Maria de Paliares,cum adiunctionibus suis totis et criatione.Vindo et concedimus de illo monesterio portione de nostra abola,domna Honega.Vindo inde ad uobis nostra portione integra cum totas suas adiuntiones et cum tota sua criatione per ubi ea poduerit inuenire. Pro qua accepit de uos precio,hic est solidos XXX et uacas II cum suos filios.Tantum de bene cor lacuit et de illo precio aput uos nicil inde remansit in debitu. Ita ut de odie die uel tempore sit de iuri nostro abrasa et in uestro iure siue est tradita atque confirmata.

Si quis ‹euenerit›quod fierit non credo,de aliquis homo de parte nostra uel de extraneis contra hunc factum nostrum ad inrumpendum uenerit,paria ad uobis illum monesterium duplatum et de super paria solidos CC.

Ego,Pelagio Pretis,ad uobis,domno Iuzu,in hoc kartulam legentem audiuimus et manus nostras roborauimus. (Signum.)

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Velasco,ts,cf.Ramiro,ts.Fernando,ts.

(2ª columna).Froila,ts.Munio,ts.Arias,ts.

(3ª columna). Et alii plures hic in concilio cf. Gundisalbo,presbiter,cf.Rodri u,presbiter,cf.Petro,presbiter,cf.(signum)

Rondesindus,presbiter qui notauit.(Dentro del signum)

9

1107-abril-24

CUNDESINDO QUISTERLLUZ VENDE A JUAN PELAEZ LA VILLA DE ROVORETO POR QUINCE MODIOS

A.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1082/7,150 x 232 mm.Visigótica caligráfica.

In Dei nomine.Ego Condesindo Quisterlluz ad uobis Johane Pelaiz et a uos ieremanos,in Domino Deo,eterna salute,amen.

Ideo placui mici et accessi bona pacis uolumptas ut facio uobis kartula uendicionis sicut et facio de ereditate que fui de tia uestra,Uitula.Et illa domna Uitula fui mulier de meo filio,Oliti Concendiz,et habuit suos de meo filio et fuit se pro ad alia terra.Et ego Condesindo Quisterlluz facio a uobis kartula uendicionis;et est illa uilla et illa ereditate in territorio Portomarim,et in loco predicto uilla que uocitant Roboreto,sub aula Sancta Maria,super riuulo Ferreria.Dabo uobis illa ereditate cum casas et casales cupertas et discupertas,petras mobiles uel inmobiles,terras cultas uel incultas,aruores fructuosas uel infructuosas,pratus,pascuis,paudulibus,montes,fontes,bauzas,diuesas,exitus montium,accessum uel recessum,aquas aquarum et sesicas molinarum uel quantum ad prestitum ominis est in illa uilla intus et foris.Dabo et concedo uobis illa uilla per suis terminis et locis antiquis. Et accipio de uos pro illa XV modios,precio que a mici bene complacui et apud uos nichil remansi in deuitum sed omnia completus sum.Ita de odie die et tempore sedea illa ereditate de iuri meo demissa et in uestro iure si tradita adque confirmata.Abeatis illa uos firmiter et filiis uestris et omnis posteritas uestras in secula cuncta.

Et si quis,tamen,quo fieri non credo,aut aliquis omo propinquis uel extraneus contra illa ereditate ad irrumpendum ueneri uel uenerimus,qui illo commiserit que parie illa ereditate dublata uel triplata uel quantum ad uos fuerit per tempus meliorata et uos perpetim auitura.

Facta kartula uendicionis die quo erit VIIIº kalendas maias,era M^{i} C^{a} XLV^{a}.

Ego Condesindo ad uobis Johane et ad suos ieremanos in

kartula manus mea rouor. (Signa).

Qui presentes ibi fuerunt: Petro,ts. Pelaio,ts. Odario, ts.

Petro qui notuit.

Et si aliquis omo super illa ereditate in nullis diebus ad irrumpendum uenerit et illa ereditate inquietauerit que deuenda Condesindo Quisterlluz de tale uoce quale de super illa ueneri.Et si Condesindo mentiti fueri de ista que in carta resona et illo precio recepto de illa ereditate et aforase face que pectet XXX solidos,aut ille que bona sua receperit, a tiui Johane et a tuos iermanos uel a qui uoces uestras pulsaueri factum que de sursum resona.

10

1120-enero

JUAN IBÁÑEZ Y SU MUJER DONAN AL OBISPO Y CAPITULO LUCENSE SU PORCION EN LA IGLESIA MONASTICA DE FERREIRA DE PALLARES Y OTRAS POSESIONES DIVERSAS.

A.-Madrid.-A.H.N.-Clero,Lugo,Catedral, 1525 C/8, 212x 515 mm. Visigótica cursiva.

(Christus).Gloriose genitrici Domini Nostri Jhesu Christi et Saluatoris mundi,Domne Marie Uirgini,cuius Sancta et Uenerabilis ecclesia fundata est in urbe lucensi,prouincie Gallecie.

Nos famuli nestri licet indigni Johannes Didaci et uxor mea,Marina Iuci,facimus scripture textum de hereditatibus nostris,tam ex successione auorum quam et parentum adquisitione,id est:in teritorio Pallaris porcionem nostram ejusdem monasterii quod Palliares uocitatur, fundata ibi ecclesia in honore Sancte Marie Uirginis,tam in superiori parte et in inferiori;in utraque parte porcionem nostram offerimus lucensi sedi et episcopo ejus, domno Petro,tercio ejus canonicis Deo militantibus,quantum nos ibidem abere condecet inter consortes nostros ex ipsa naturali successione nostre et parentum adquisitione et emptione et nostra.Quartam uidelicet porcionem comparatam de Aria Iuci,tam ex ipso Monasterio quam etiam et uilla que est ante portam ipsius monasterii. Alteram siquidem porcionem Pelagii Iustici uel quascumque ibi abemus adiunctiones et proflicationes nostras legitimas scripturas cum ecclesiis sibi subditis et non pauca familia.Damus etiam alias hereditates in Palliares que fuerunt de Pelagio Bretici et ejusdem monasterii porcionem ipsius Pelagii et in Sala Mediana similiter. Et aliam uillam que fui de Numo Odoarii.

Has denique uillas,ecclesias et monasterium,possesiones et familias,secumdum in scripturis nostris resonat,concedimus nominato loco sub uno et omnia perpetim possidenda.

Si uero quid absit aliquis contra hoc testamentum ad irrumpendum uenerit, quid calumniatus fuerit tripliciter componat lucensi sede uel ejus uicario et scriptura hec plenum robur obtineat in perpetuum.

Facta testamenti serie feria Uª mediante januario, era IªCªLªVIIª ad superius nominati hanc scripturam propris manibus confirmamus.(Signum)

Adicimus in hoc testamento porcionem nostram monasterii de Vasadria cum ecclesiis et uillis sibi subditis et familia, quantum nos inde condecet inter nostros heredes. In teritorio etiam Decie ecclesiam aliam que dicitur Sancta Maria de domno Ranemiri cum adjunccionibus familiis suisque utilitatibus, tali tenore ut teneamus illam usu fructuario in nostra uita, post obitum uero nostrum, recipiat illa lucensi sedis uicarius absque alio herede.

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna). Petrus, Dei gratia episcopus, cf. (Signum) Judex Pelagius, cf. Archidiaconus Pelagius, cf. Archidiaconus Michael, cf. Archidiaconus Munno, cf.

(2ª columna). Petrus Arie, cf. Proilla Arie, cf. Pelagius Martini, cf. Veremundus Suarii, cf.

(3ª columna). Canonici Sancte Marie: Rudericus Armasius, cf. Pelagius, presbiter, cf. Petrus, canonicus, cf. Didacus, sacrista, cf.

(4ª columna). Petrus, ts. Pelagius, ts. Didacus, ts.

Martinus, tesaurarius, notuit.

11

(1129)-enero-6

ALFONSO VII DONA AL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES Y A LA CONDESA DOÑA MAYOR GUNTERODA RODRIGUEZ EL COTO DEL MONASTERIO POR LOS LIMITES QUE SE INDICAN.

B.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1082/8, 370 x 283 mm.Minúscula diplomática

C.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Samos,1255/13,696 x 655 mm.; confirmación hecha por Alfonso XI en Tordesillas el 4 de abril de 1342.

REG:SANCHEZ BELDA"Documentos reales...pag.100.Doc.206

(Christus).In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti,amen.

Quoniam ea que a regibus donantur ex scriptis tuciora habentur,oportet ut litterarum testimonio confirmentur.Ego igitur Adfonsus Dei gratia tocius Hyspanie imperator,in honore Beate Virginis Marie et Sancti Saluatoris et Sancti Michaelis archangeli et Sancti Johannis babtiste et Sancti Petri apostoli et omnium Sanctorum, pro remedio anime mee et parentum meorum,facio cartam cautationis Deo Omnipotenti et monasterio Sancte Marie de Ferraria de Pallares et uobis comittisse domne Maiori cognomento Gunterode Ruderici pro uestro fideli seruitio. Uidelicet,per Castrum Maiorem et inde per montem Raniadoirum et inde per agrum Valladum et deinde per Pennan Maiorem et inde ad illam Pennam de Sarza et per Pennam de Castello et per fundum de Rego de Fontoria et per montem de super Ferrarios et per montem de Pando et inde per illum montem qui est super Nadali et per montem de Paramio et per Vilar de Infantonibus et inde ad Ferrariam

de Palacios et per portum de Agro Longo et inde ad Romariz et per Ganderam de Mamoas Fornatium et per Pennam Ruinam et per super riuulum et inde ad pontem Curuum et per Ganderam de Neyxaboy et inde ad Penam Redundam et inde per Couas de Quintele et per inter Coderas et per mamoam Golpeleram et per defessam de Causso et inde ad Penam Godoni et inde per caminum francorum usque ad Castrum Maiorem.

Sic dono atque concedo hec omnia que infra hos terminos continentur uobis iam dicte ut habeat et possideat ad sustentationem monachorum in ipso monasterio degentium in perpetuum.

Si uero aliquis hoc meum factum inrumpendum temptauerit,pariat ad partem monasterii C^{m} libras auri purissimi et quod inuaserit duplet et hac carta semper sit firma.

Era M^{a} C^{a} XL^{a} VII^{a} et quotum idus ianuarii.(1)

(1ª columna). Ego Adefonsus Dei gratia tocius Hyspanie imperator hoc meo robore cf.(Signum).Infantissa domna Tantia quod frater meus fecit cf.Comes domnus Rudericus de Traua cf.Comes domnus Gomez de Intenza cf.Comes domnus Rudericus de Garria cf.Rudericus Martinz tenens Legionem cf.Ranemirus Froilaz de Mutares,cf.

(2ª columna).Didacus Dei gratia compostellane ecclesie archiepiscopus cf.Munio uallibriensis episcopus cf. Petrus lucensis episcopus cf.Adefonsus tudensis episcopus cf.

(3ª columna).Petrus,ts.Martinus,ts.Pelagius,ts.

Ciprianus Petrides,ecclesie Beati Iacobi canonicus et clericus regis,scripsit per manum domni Bernaldi regis notarius.

(1).La fecha está equivocada en la copia y en la confirmación.La única fecha posible es la de 1167,año de 1129 en la que gobiernan sus diocésis los obispos confirmantes.

13

1148-abril-20

SUERO DIAZ Y OTROS PLEITEAN POR EL CASAL DE GODOM EN VILLAMEDIANA QUE SE REPARTEN ENTRE SI.

A. -MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1082/9,360 x 105 mm. Minúscula diplomática con influencias visigóticas.En muy mal estado de conservación.

(Christus).Orta fuit intencio inter Suario Diaz et suas gentes et inter Petro Oariz et Pelagio Martiniz et Maria Senogildez et Petro Latrone et Petro Suariz et suas gentes super hereditate.Et dederunt unusquisque suos sappitores et per suos scriptos et capierunt .....
.....
et est in territorio Ferrarie,sub alpe montis Meta et flumen Ferrarios,in uilla que uocitant Uila Mediana,discurrente ad eclesia Sancti Martini,in casale pernominato Godom.Et partirunt cum directo et fecerunt tres IIIas et dederunt Ia ad Suario Diaz et a suas gentes et alia a Petro Oariz et a suas gentes et altera a Maria Senogildiz et a suas gentes.

Si istum placitum adirumpendum uenerit uel uenerimus an de nos an filiis nostris uel proienie nostre uel qui nostra uoce pulsauerit,quomodo pariet in primis si temptauerit a uos CCos pagatos et si ..... duplatos et post ea hereditate duplata uel triplata et quantum fui illa meliorata et uos perpetim abitura.

Factum placitum die quod erit XIImo kalendas maii.Era post Ma CLXXX et VI.

Qui presentes fuerunt:Ramiro,ts.Pelagio,ts.Diego,ts. Rex Alfonso imperatore.Alfonso,presbiter,cf.Soario,presbiter, cf.

Petro,presbiter qui notuit

14

1164-abril-5

FERNANDO Y MATEO NUÑEZ VENDEN A FALCON PELAEZ LAS VILLAS DE JUVIN Y POUGAN POR DOSCIENTOS SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1082/10, 65 x 352 mm. Visigótica caligráfica con influencia carolina.

In Dei nomine.Ego,Fernando \et Mateus/ Nuniz,ad tibi Falcom Pelaiz,in Christo salutem,amen.

Placuit mihi ut facerem ad tibi kartula uenditionis de hereditate mea propria que habeo de hauorum meorum et de parentorum meorum et de ganantie.Et est ipsa hereditate in teritorio Palares,discurrentes ad eclesia Sancta Maria de Paliares, uilla prenominata Iuuim et alia Mogaim.Et accipio de uobis im precium CC^{os} solidos quod mihi placuit et apud uos nihil remansit.De hodie die,de iuri meo in uestro iure sit tradita atque confirmata.

Et si aliquis homo ad imrumpendum uenerit uel uenerimus, pariat uobis duplata uel triplata.

Facta karta uendicionis die quot ert nonas aprilis,era CC^{a}II^{a}.In diebus rex Fernandus.Conte don Aluaro.

Et manus nostras roboramus.

Qui presentes fuerunt:

(1^{a} columna).Nunu,ts.Houeco,ts.Johanne,ts.

(2^{a} columna).Maratinu,ts.Rodericu,ts.Suerio,ts.

(3^{a} columna).Uermudu,ts.Pelagio,ts.Fernado,ts.

Petrus,presbiter,notuit et confirmat.(Signum)

15

1166-abril-6

SEBASTIAN MUÑOZ JUNTO CON SU MUJER LUPA MUÑOZ VENDE A SU CUÑADO RODRIGO MUÑIZ, LAS HEREDADES QUE TENIAN EN RAÑA.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero, Lugo, Ferreira de Pallares, 1082/11; 150 x 200 mm. Minúscula diplomática.

(Christus) In Dei nomine. Ego Sebastianus Muniiz, una cum uxore mea, Lupa Muniiz, tibi cognato meo, Ruderico Muniiz, facimus cartam uenditionis totius hereditatis nostre quam habemus et habere debemus in uilla que uociant Rana, discurrente ad ecclessiam Sancte Marie de Mougam, scilicet: casa et casalia, montes, fontes, prata et pascua cum omnibus pertinentiis suis et diresturis per ubicunque potueritis inuenire. Et accepimus pro ea in precium unum caballum, preciatum Cl solidos et unum rocinum, preciatum LX solidos, unum bonum capellum de ferro et XXX solidos; precium quod nobis satis conplacuit. A modo facias de eam totam tuam uoluntatem et posteritas tua post te, nostro dominio remoto et potestate.

Si quis, contra hoc meum factum ad irrumpendum uenerit, tam de nostris quam de extraneis, duplicatum tibi restituat et regie uoci C morabitinos pectet.

Et hoc fuit in tempore quando predicauit episcopus, domnus Iohannes, quod fuissent in fossado ad Meridam.

Factum est era Mª CCª IIII et quotum VIII idus aprilis Tempore regis domni Fernandi. Episcopi Lucensi, domni Iohannis. Prestamarius in Palares Petri Corne. Et Munio Ruderici, tenente in aprestamo illa terra. Et sagionis eius, Munio Martini.

Ego Sebastianus Muniiz et uxor mea, Lupa Muniiz, tibi cognato meo, Ruderico Muniiz, quod fieri iussimus roboramus et confirmamus.

(1ª columna): Qui presentes: Fernandus Furtadus, ts. Ouecus Muniiz, ts.

(2ª columna): Petrus Muniz, presbiter, ts. Suerius Eriz, ts.

(3ª columna): Iohannes Suerii, presbiter, ts. Petrus Garzo, ts. Petrus Ueremudi de Sancto Stephano scripsit. (Signum)

16

1166-abril-29

BERNARDO MUÑOZ MANDA SER SEPULTADO EN EL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES AL QUE DEJA DIVERSAS PROPIEDADES Y A SU MUJER LO QUE TENIA EN GALICIA CON CIERTAS CONDICIONES.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1082/12, 171 x 171 mm. Minúscula diplomática.

Mando ego,Bernadus Munici,si ego migratus fuero,omnia mea quomodo ordinata permaneant.

In primis ubicumque mortuus fuero,siue in christianitate siue in terra sarracenorum,mando corpus meum in monasterio Sancte Marie Ferrarie,ubi pater meus sepultus est. Mando ibi mecum hereditates meas nominatas:Pignaria de Asma,cum duo seruiciales;et quarta integra de ecclesia de Sancto Martino de Condes;et IIIes seruiciales nominatos cum suas uillas populatas;I^{m} nomine Pelagio Guncaluici et Pelagio Pardo,Munio Miguici.Totas cum suas abiectiones et medietate integra de toto meo pane,in primis de Sancto Martino de Condes et de alio similiter;et mea mula cum toto meo lecto aut I^{m} equum bonum et meo uilare qui uocitant Zaamam,cum suas abiectiones,qui est cauto Sancti Felicis, discurrente ribolo Ferrarie,tali tenore:Ut II^{os} presbiteros per annum integrum diuinum officium impleant.

Et mando porcionem meam integram de uilla de Lourelos de Lemos ad milites de Iherusalem.Et mando a Sancta Maria de Lugo meam porcionem de Montoutto.Mando hereditate mea de Gallecia ad uxor mea tali condicione:Ut seruiant eam de ea quantum uoluerit illa ibi stare,sed nec uendat nec donet et uiuat semper per manu matris mee. Et si uirum prendederit aut ad petriam suam ire uoluerit,dimitat eam matris mee.Et teneat eam in uita sua et de ipsa hereditate sanet meas mauras (1) et post obitum suum reliquat eam

(1).Repetido "mauras".

fratribus meis.

Illa mea hereditate tota de Campos et Carram mando ea uxori mee pro suas arras.Et torment illam hereditatem de Pradaneda ad filios de arias Petri.Et hec omnia currat per manu matris mee et frater meus,Petrus Munici,et abbas ferrarie,domnus Petrus.

Et qui hoc impleuerit,sit benedictus,et qui non impleuerit,sit maledictus et excomunicatus et cum Datan et Abiron in inferno proiectus iaceat,amen.

Era I^{a} CC^{a} IIII^{a} et quotum III° kalendas May.

Qui presentes fuerunt: Johanne,ts.Sancho,ts.

Cuco qui notuit.

17

1168-junio-10

TERESA MUÑOZ JUNTO CON SU MARIDO FERNANDO ODOARIZ DAN AL ABAD PEDRO Y CONVENTO DE FERREIRA DE PALLARES LA VILLA DE PIÑEIRA PARA QUE LA POSEAN DESPUES DE LA MUERTE DE LOS DONANTES.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero, Lugo, Ferreira de Pallares; 1082/13; 140 x 192 mm. Minúscula diplomática.

(Christus). Sub Christi nomine et indiuidue Trinitatis, uidelicet Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Notum sit omnibus hominibus, tam presentibus cuam futuris, quod me, Terasia Muniz, una cum uiro meo, Fernando Odoariz, libenti animo adque bona uoluntate, et pro anime nostre remedium parentorum nostrorum, facimus scriptum firmissimum semper ualiturum Deo et Sancte Marie et uobis, abas Petrus, una cum conuentu Sancte Marie Ferrarie. Tali pactum facimus in uita nostra, de ipsa uilla nominata de Pigneira ut teneamus in uita nostra et post obitum nostrum sit liberam et quietam habeatis et sine ocasione recipiatis.

Si quis, tam de genere nostrum quam de alienum, contra hunc factum nostrum ad inrumpendum uenerit, primitus sit maledictus et excomunicatus et non uideat bona Domini in terra uiuentium et cum Iuda sit damnatus in infernum.

Era MªCCªVIª et quotum IIII idus iunii.

Ego, Terasia Muniiz, una cum uiro meo, Fernando Odoariz, in anc kartula manus nostras roboramus.

Qui presentes fuerunt: Didacus Odoariz, ts. Fernando Iohannes, ts. Martino Iohannes, ts. Fernando Petriz, ts.

Rubertus qui notuit et confirmat. (Signum)

18

1168- junio- 10

TERESA MUÑOZ DONA AL ABAD Y CONVENTO DE FERREIRA DE PALLARES LAS VILLAS DE PIÑEIRA DE ASMA Y EL CASAL DE MAZEEDA.

A.- MADRID.-A.H.N.- Clero, Lugo, Ferreira de Pallares, 1082/14; 122 x 143 mm. Minúscula diplomática.

(Christus). Sub Christi nomine et indiuidue Trinitatis, uidelicet Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod me, Terasia Munit, libenti animo adque bona uoluntate, et pro anime mee et remedium parentum nostrorum, facio scriptum firmissimum semper ualiturum Deo et Sancte Marie de Ferraria et uobis abas Petrus, una cum conuentu Sancte Marie Ferrarie. Tali pactum firmissimum facio in uita mea de ipsas uillas nominatas de Pinnera de Asma et de Casali de Mazeeda qui est in Nalar ut sedeat Maria Parda qui est de uilari de Zaamam, in cauctum Sancti Felicis, cum suas derecturas et per suis terminis et locis antiquis ut teneat in uita mea et post obitum meum liberas et quietas habeatis et sine ocasione recipiatis.

Si quis, tam de genere meo quam de alieno, contra hunc factum meum ad inrumpendum uenerit, primitus sit maledictus et excomunicatus et non uideat bona Domini in terra uiuente et cum Iuda sit damnatus in infernum.

Era MªCCªVIª et quotum IIIº idus Iunii.

Ego, Terasia Muniz, in anc kartulam manus meas roboro (signum).

Qui presentes fuerunt: Didacus Odoariz, ts. Fernando Johannis, ts. Martino Johannis, ts. Fernando Petriz, ts.

Rubertus qui notuit et confirma. (Signum)

19

1187-febrero-10

LA CONDESA FRONILI DONA AL MONASTERIO DE FERREIRA SU PARTE EN LA IGLESIA DE SANTIAGO DE ENTRANBASAGUAS.

A.-MADRID.-A.H.N. -Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1082/15, 134 x 151 mm. Minúscula diplomatica.

In nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis,cui laus permanet iugis et uirtus eadem honor et gloria per infinita seculorum secula,amen.Hoc quoque omni homini prouidendum est ut creatorem suum humiliter agnoscens,intelligat diuinam scripturam dicentem:Date et dabitur uobis.Qui relinquerit omnia propter nomen meum,centuplum accipiet et uitam eternam posidebit. Quod ego,ancilla Christi,conmitissa domna Fronili,intelligens uenit spiraculum cordi meo per Spiritum Sanctum ut aliquit ex paupertate mea conferrem Omnipotenti Deo et Domino.Do atque concedo Sancti Saluatoris et Sancte Marie Uirginis monasterii Ferrarie et aliis sanctis in quorum honore baselice fundate sunt,quartam integram Sancti Iacobi de Intranbas Aquas,pro remedio anime mee uel parentorum meorum qui in eodem loquo requiescunt. Do atque concedo monachis qui ibidem in uita sancta perseuerauerint,supra nominata quartam eclesie Sancti Iacobi de Intrambas Aquas,cum decimacionibus adque directuris que ad diuinum Sancte Eclesie oficium pertinent.Iacet ipsa eclesia sub alpe montis Meta,discurrente riuulo Ferraria.

Si quis,tamen,quod fieri non credo,tam de genere meo quam de extraneo,hoc factum meum infringere uoluerit,in primis sit maledictus et excomunicatus,et cum Datam et Abirom in infernum damnatus.

Regnante rege Fernando in Legione et Gallecie et Asturiis. In Monterroso comite Gomicio.Lucensis sedis episcopus Rudericus.Decanus Johannes Arie.

Era Mª CCXXª Vª et quodum IIIIº idus februarii.

Ego,conmitissa domna Fronili,in hac kartula,quam fieri iusi,manibus meis propriis robur inieci. (Signum)

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Frater Lupus,cf.Fernandus,cf.Suarius,cf.

(2ª columna).Framirus,cf.Petrus,cf.Pelagius,cf.

(3ª columna).Comes Gomicius,ts.Muniu Fernandiz,ts.Fernando Gascom,ts.

Petrus qui notuit.

20

1187-febrero-10

LA CONDESA FROILI DONA AL MONASTERIO DE SANTA MARIA DE FERREIRA LA HEREDAD DE PENELA.

A.-MADRID.-A.H.N. Clero, Lugo, Ferreira de Pallares; 1082/16,140 x 249 mm. /isigótica caligráfica con influencia carolina.Conserva el sello.

In nomine Redentori humani generis,Deo uiuo et uero qui est omnium causa uirtutum et plenitudo legis,lux lucis et fons luminis qui ante mundi constitucionem arbitrio suo cuncta creauit uisibilia et inuisibilia, preterita, presencia et futura, luux et gloria in secula seculorum, amen. Ego, donna Froili, commitissa, Christi ancilla, compunta a Deo, audiui scripturam diuinam dicentem:"Date et dabitur uobis." Uenit cordi meo per Spiritum Sanctum spiraculum ut aliquit ex paupertate mea conferren pro remedium anime mee uel parentum meorum , pro hac Redentori meo, Ihesu Christo, in monasterio Sancte Marie de Ferrarie et Sancti Saluatoris et omnium sanctorum quorum baselice in onore eiusdem Uirginis Marie et Sancti Saluatoris et aliorum sanctorum fundate sunt. Do ibi et condedo ereditatem meam propiam quam uocant Penela; do eam cum aiuncionibus et ereditatibus suis ubicumque eas potueritis inuenire per suos terminos et loqua antiqua. Et iacet ipsa ereditas sub aula Sancti Iacobi de Interambasaquas, in cautum Santi Felicis, sub alpe montis Meta, discurrente riuolo Ferraria. Ego comitissa domna Froilli iam supradicta do adque concedo totam meam ereditatem laicariam supra nominatam in cautum Sancti Felicis et in cauto Lucense sedis. Do eam, pro remedio anime mee, monachis qui ibidem in uita sancta perseueraue-rint .

Si quis , tamen, quod fieri non credo, tam de genere meo quam de extraneo, hoc meum factum uel testamentum, ausus fuerit infringere, quisquis ille fuerit, in primis sit ille maledictus et excomunicatus ex parte Dei Omnipotentis et Sancti Petri, apostolorum principi et a Sancte Matris Eclesie sinu segregatus et cum Datam et Abirom pari pena suplicium luat et non audiat illam uocem dominicam dicentem: Uenite, benedicti Patris mei, percipite regnum. Et illud quod

inquietauerit , pariat in duplo uel triplo et insuper regie potestati mille morabitinos exsoluat ad partem ipsius monasterii.

Facta kartula testamenti sub die quod erit IIIIª idus februarii. Era MªCCªXXªVª.

Ego, comitissa domna Fronili, in ac kartula, quam fieri iusit, manibus meis propiis robur ingecit.(Signum)

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna): Frater Lupo, cf. Suario, cf. Fernando, cf.

(2ª columna): Fremiro, cf. Petrus, cf. Pelagius, cf.

(3ª columna): Comes Gomez, ts. Munio Fernando, ts. Fernando Gascon, ts.

Petrus qui notauit et confirmat.(Signum)

21

1193- febrero- 5

EL ABAD PEDRO DE SANTA MARIA DE FERREIRA DE PALLARES CAMBIA UNA HEREDAD QUE EL MONASTERIO TENIA EN VILLAJUSTE POR OTRA QUE FERNANDO RODRIGUEZ TENIA EN RIBADO.

A.-MADRID.-A.H.N.- Clero, Lugo, Ferreira de Pallares,1082/17, 118 x 78 mm.Carta partida per a,b,c.Minúscula diplomática.

(Christus). Ego, abas Petrus Ferrarie, uobis, Fernando Roderiz, facimus pactum firmissimum per scriptum ligabile firmitatis de ereditate que cambiamus inter nos. Damus uobis uno casale cum sua cortina. Et sunt duos cantos in uilla Iusti, in loquo predicto ubi dicent Gaim; et accepimus de uos uno talio in Ribado; que uobis et nobis bene conplacuit.

Si quis, tamen, quod fieri minime credimus, de nostra parte uel de uestra, istum placitum infringeri, in duplo uel triplo conponat.

Qui uiderunt et audierunt: Rodericus, presbiter. Petrus Patinus. Munio Petriz.

Fernandus, cf. Petrus, cf. Iohane, cf.

Era Mª CCª XXXªIª, quotum nonas Februarii.

Petrus qui notuit.

22

S.XII

LOS REPRESENTANTES DE URRACA DOMINGUEZ Y P.FERMOSO ACUDEN ANTE EL JUEZ R.RODRIGUEZ PARA SOLUCIONAR SUS DIFERENCIAS SOBRE UNA HEREDAD

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1082/18, 380 x 125(88) mm. Minúscula diplomática,con influencias visigóticas.En muy mal estado de conservación.

Orta intencio fui inter Vraca Dominici ex una parte et P. Fermosu ex altera. Urraca Dominici deu sua uoce a dun Pol de isto plectu qui u crocreie .Et illis uenerunt ante alcaide de Liigundi et infiarunse V per VII.Et uenerunt ante iudex R. Roderici et posuerunt pro uicarios D. Johannis de Uilareda et M. Johannis de Uilar Cabreeru.Vn disu parte de dun Pol:Quiriamus saber pur que nos traxuquades nosa herdade.Disu parte de P.Fermoso: Ca abemus uerbo de ista herdade.Disu dun Pol: Que ueruum.Disu P.Fermosu que auian a uender et arendar et supinorar a nos.Disu u iudex a parte de dun Pol:Que dicedes contra aquilu si a uos eu aquile ueruu ocsenno.Et dun Pol:Dicimus qua non.Disu iudex contra parte P.Fermoso:Que podedes a facer ca us dicen daquesta parte ca non. P. Fermoso disu .....
.....
.....
a Vraca Dominici que facia ueruu a P.Fermoso qui uendes et arendase et supinorase a ili et quitole P.Fermoso a fectura daquila casa de Liigundi per iste ueruu que le facia a isti Johan Pelaez,uicario.Et isti disu qui auia II annos pur isti setembro et qui era Iª dominico pus iantar et aquilu ueruu qui u pus per Johan Dominici,Johan Petri de Marcam et sese illis non auenisen de isti plectu,staren a mandatum dáqueles omines bonos.

..... . domnos pesquisi de que u oiu et fui prectes et pesquisidur cum alios omines bonos de demandas que faciam unus ad alios et furunt contra quitas et fecerunt ueruu inter se qui uendesen,arendasen et supignorasen unos a alios. Isti ueruu fui inter P.Fermoso et P.Dominici .....

23

1202-junio-25

EL OBISPO DE LUGO,RODRIGO,CAMBIA LA HEREDAD DE PRADEDA POR LA DE SAN ESTEBAN DE TRANSTULFI QUE PERTENECIA AL MONASTERIO DE FERREIRA/

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1082/19,350 x 145 mm.Carta partida per a,b,c.Minúscula diplomática.

Era Mª CCª XLª et quotum VIIº kalendas Iulii.Hoc est pactum simul et placitum et per cyrografum diuisum,quod ego,Rudericus, Dei gratia lucensis episcopus,una cum concessione capituli nostri;et ego,Petrus Suerii,Ferrarie abbas,cum concessione tocius conuentus nostri,habito consilio et deliberatione prouida utrique parti utile,concambiationis quarumdam hereditatum inter nos stabile in perpetuum facimus,uidelicet:ego,prefatus Rudericus lucensis episcopus,do uobis,domno Petro,abbati Ferrarie,et monasterio uobis commisso,hereditatem nostram de Pladaneda que est in uestro cauto,concurrentem ad ecclesiam Sancte Eolalie de Pladaneda,cum omnibus pertinenciis suis et directuris.Et ego,prefatus Petrus,abbas Ferrariense,do uobis,domne Ruderice,lucense episcope,pro ea quicquid habemus et habere debemus in Sancto Stefano de Transtulfi,cum omnibus pertinenciis suis.Que ecclesia et hereditas est in uestro cauto,inter Sanctum Iacobum de Intrambas Aquas et Platanetam,sub monte Meda.

Qui presentes fuerunt:Cantor domnus Lupus,ts.Nuno,presbiter, lucensis canonicus,ts.Didacus Pelagi,canonicus,ts.Johannes Ueremudi,presbiter,ts.Martinus Bernaldi,ts.Johannes Dominici,prior Ferrarie,ts.Fernandus Petri,presbiter monacus,ts.Johannes Johannis,presbiter monacus,ts.Martinus Petri,cellararius,ts.Johannes Petri,lucensis canonicus,ts.

Romanus,lucensis notarius,notuit.(Signum)

24

1204

MARIA MUÑOZ Y SU ESPOSO PEDRO RODRIGUEZ CANBIAN A DON FERNANDO MUÑOZ TODAS LAS HEREDADES QUE TENIAN EN ASMA, DEZA Y CANBA POR LAS QUE DON FERNANDO TENIA EN FARVADEIROS, SAN JUAN DE LA PEÑA Y MIL QUINIENTOS SUELDOS DE DENARIOS LEONESES.

A. -MADRID.- A.H.N.-Clero, Lugo, Ferreira de Pallares, 1082/20, 88 x 285 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine. Ego, Maria Muniiz, in simul cum uiro meo, Petrus Ruderici, uobis, domno Fernando Munionis, facimus karta de uendicionis de quanta hereditate habemus in Deza\et in Asma/ et in Canba. Et accepimus de uobis in precio quanta hereditate habetis in Farvadeiros et in Sancti Johanni de Penna et M[l] et D solidos de denariis leonensis; et de precium apud uos nichil remansit.

Era Mª CCª XLª IIª. Regnante rege Adefonsi in Legione. Rudericus, lucensis episcopus. Rudericus Gondissalui tenente Sarriam et Monte Nigro. Fernandus Munionis tenente Monte Roso.

Qui presentes fuerunt: (1ª columna). Fernandus Petri de Paramo, ts. Adefonsi Ruderici de Bulanio, ts. Fernandus Ruderici de Bulanio, ts.

(2ª columna). Johanne, abbati de Feraria, una cum fratribus suis, cf. Johanne notuit et cf.

(3ª columna). Fernandus Ruderici de Sarria, ts. Rudericus Fernandi de Trebolii, ts. Sudario Petri de Neira, ts.

25

1208-enero-18

PEDRO IBAÑEZ Y SU HERMANA ELDONZA VENDEN A PELAYO IBAÑEZ, PRESBITERO, LA HEREDAD QUE TENIAN EN LA UILLA DE ZAILA POR VEINTICINCO SUELDOS

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero, Lugo, Ferreira de Pallares, 1082/21, 145 x 205 mm. Minúscula diplomática.

Sub Christi nomine. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Petrus Johannis et soror mea Eldonza Johannis, vobis Pelagio Johannis, presbitero, facimus cartulam uenditionis de hereditate nostra quam habemus et habere debemus ex parte aui nostri Didaci Pelagii. Et est ipsa hereditas in Paliares, in uilla (1) que dicitur Ceidi, loco satis noto in ipsa prenominata uilla, in casale de Didaco Pelagii, discurrente ad ecclesiam Sancte Marie de Zoli. Damus igitur eam vobis atque concedimus per ubicumque potueritis \inuenire/; et eccepimus a uobis pro ea XXi et Ve solidos legionensis monete, precium quod nobis et uobis bene conplacuit et de quo aput uos nichil remansit sed totum completum est. Itaque quod ipsa hereditas cum domibus et casalibus suis, cum terris cultis uel incultis, cum arboribus fructuosis uel infructuosis, com montibus et fontibus et cum omnibus pertinenciis suis, ab isto die et tempore de iure meo et dominio sit penitus remota et abrasa et in uestro iure et dominio tradita sit atque confirmata ut tam uos quam uestra posteritas habeatis, possideatis et ex ea et in ea faciatis, tam in uita quam in morte, quicquid uestre placuerit uolumptati.

Si quis tamen de nostra (2) parte uel de extranea contra hoc factum nostrum ad irrumpendum uenerit uel uenerimus, quodcunque sub calumnia miserit, uobis in duplo conponat et pro ausu temeritatis, regie uoci XLa solidos persoluat et hoc scriptum plenam obtineat firmitatem.

Facta cartula uendicionis in era Ma CCa XLa VIa et quotum XVo kalendas februarii. Regnante rege Adefonso. R. lucensi episcopo. F. Munionis tenente Paliares. Johanne Rolia maiorino.

(1). Borrado por expuntuación "uel"
(2). Borrado por expuntuación " mea"

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Domnus Rudericus Ruderici,ts.Petrus Fernandi, ts.Veremudus Pelagii,presbiter,ts.

(2ª columna).Sancius Nuniz,ts.Petrus Petri,miles,ts. Petrus Nuniz,miles,ts.

(3ª columna).Munio cf.Pelagio cf.F.Pel-gii cf.

Petrus notuit et confirmat.

26

1209-enero-6

FERNANDO ARIAS Y SU MUJER SANCHA MUÑOZ VENDEN A PEDRO NUÑEZ Y SU MUJER MARINA FERNANDEZ LA HEREDAD DE ALVARIN.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero, Lugo, Ferreira de Pallares; 1082/22.
130 x 250 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine. Ego Fernandus Arie et uxor mea Sancha Munioni tibi Petrus Muniz et uxor tua Marina Fernandit in Domino Deo ete salutem, Amen. Ideo placuit nobis bone uoluntas ut faceremus uobis cartula venditionis atque donationis de hereditate nostra propria quam habemus comparatam de Guilelmi Petri et de sua mater et de Didacus Odoarii de Louesendi. Et est ipsa hereditate in loc predicto que uocitant Aluarim sub alpe montis Meta, sub aula San ti Saluatori de Castelo. Et accepimus de uobis proinde pretium un bouem et una uaca et un porco pretiatos septuaginta solidos quod nobis et uobis bene placuit et nichil in debitum remansit.

Facta cartula venditionis sub die quod erit VIII^a idus ianuari Era I^aCC^aX^La VII. Regnante Adefonsus rex Legionensis. Rodericus Lu censis episcopus. Fernandus Munionis tenente Monterroso. Ego, Fer nandus Arie et uxor mea Sancha Munionis in hac cartula manus nostr roboramus. Qui presentes fuerunt: Iohannes, aba Ferrarie, cf. Petr Uermuiz, cf. J. Odoarii, presbiter, cf.

(Al margen) Petrus Lacuertus, ts. Dominicus Martini, ts. Iohannes Lacuertus, ts.

Aprilis qui notuit. (Signum).

27

1209-febrero-25

ALFONSO IX DONA AL MONASTERIO DE SANTA MARIA DE FERREIRA DE PALIARES LA VILLA DE NESPEREIRA.

A.-MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1082/23, 220 x 140 mm. Minúscula diplomática.Conserva cuatro agujeros romboidales de los que pendería el sello.

EDT.-JULIO GONZALEZ, Alfonso IX,II,Documento nº 243.

Notum sit per hoc scriptum tam presentibus quam futuris quod ego Adefonsus,Dei gratia rex Legionis et Gallecie,do et concedo Deo et monasterio de Sancte Marie de Ferreira de Paliares illam uillam que dicitur Nespereira,cum suo cauto et cum omnibus suis directuris et pertinenciis, et in cauto ei ipsam villam.

Hoc autem facio ob remedium anime mee et animarum patris mei et auorum meorum,et quia de bonis et orationibus que in predicto loco Deo iugiter exhibentur eo largiente partem desidero promereri.

Si quis igitur,tam de meo genere quam de extraneo,contra hoc factum meum uenire uoluerit et hanc donationem modo ali quc reuocare attemptauerit,iram Dei habeat et regiam indignationem incurrat,et si quid inuaserit duplet,et pro ausu temerario regie uoci M^{le} morabitinos persoluat,carta nichilominus in suo robore permanente.

Facta carta in Ponte de Minio,Vº kalendas marcii,era Mª CCª XLVII.

Presentibus domno Aluaro Diaz.Pelagio Muniz de Rodeiro. Nuno Fernandi de Uerosino.Johanne Fernandi de Deza.Aria Fernandi de Amaranti et Munione Fernandi Nogueirol.Didaco Arie de Sirgal et suis filiis,Fernando Diaz et Aluaro Diaz.Domno Petro Oariz,comendatore Hospitalis in regno Legionis et domno Xomeno de Lauata.

Domno Fernando Muniz tenente Montem Rosum.Domno Ruderico Gonsalui tenente Sarriam et Montem Nigrum.Ruderico lucensi episcopo.

28

1210-diciembre-2

TERESA MUÑOZ MANDA A SU SOBRINO Y HEREDERO,MUNIO FERNANDEZ,QUE A LA MUERTE DE ESTE DEVUELVA AL MONASTERIO DE FERREIRA VARIAS HEREDADES EN EL COTO DE SANTIZ DO MARIO QUE ELLA HABIA RECIBIDO DEL CENOBIO.MUNIO FERNANDEZ SE COMPROMETE A ELLO.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1082/24, 140 x400 mm. M inúscula diplomática

Domnis inuictissimis,gloriosissimis,insolatissimis hac triumphatoribus,apostolis,martiribus,uirginibus uel confessoribus,Sancti Saluatoris,Sancte Marie semper Uirginis,in quo templis uestrorum reliquie sunt recondite,quorum baselice sunt fundate in prouincie Gallecie et territorio Ferrarie monasterii qui est subtus monte Meta et discurrente fluuius ipsa Ferrarie et prope ripera Arolo potenti.

In nomine mei Ihesu Christi amorem et uestre perpetuitatis honorem concedo ego,Terasia Muniz,aduenit mihi infirmitas graue unde uenit ad exitum mortis et ante quam peruenisset a diem extremum,mando et impero a tibi,soprimo meo,Munio Fernandit,quos facias post obitum meum cartula testamenti monasterii Ferrarie de ipsas hereditates quas ego accepi de ipso monasterio.Videlicet,territorio Nalar,ubi diceretMaceneda,casar de Pelagio Pador et uilare que uocitant Zaamam,que est in cauto Sancti Felicis,discurrente ribulo Ferraria,cum suas directuras et per suis terminis et locis antiquis.Videlicet, quod ego,Terasia Muniz,mando uobis,Munio Fernandit,quod teneatis ipsas hereditates in uita uestra et ad obitum uestrum faciatis testamentum sicut supra dictum est.

Ego,Munio Fernandit,ibidem locum post obitum uoro de ipsa Terasia Muniz,facio et adimpleo quod mihi mandauit.Unde nobis sit ante maiestatis metuende remissio pecatorum adque mercedem et per dignam uestram suffagrationem merear expiare efordidioribus nostris,fecem vt exutus a malo et dealuatus in bono merear superno illo per euo et in Christo echereo possidere regno,amen.Hec sunt hereditates quas de super resonant, concedimus eas cum omni suas bonas et omni suis opiffibus ad ipsum locum iam super nominatum.Item etiam concedimus eum,quod de super taxatum est,ad eos omnes homines qui ibidem in uita sancta perseuerauerint uel qui in uita monastica deduxerint.

Habeant, teneant, possideant, uindicent perheniter et ad huc perennem.

Si quis, tamen, quod fieri minime ut credimus, aliquis homo contra hunc factum nostrum, tam de propinquis uel qualiue generis hominem aliqua supposita ad irrumpendum uenerit uel uenire temtauerit, in primis sit extraneus a corpus et sanguinem Domini Nostri Ihesu Christi et in corpore uius retro submisso restigia faciat nullus et in corpore uius ululatur et mitat quomodo lupus et eius uita finita obsorbnita fiat sicut Datam et Abirom et nec in finem comunionem accipiat.

Facta carta series testamenti IIIIº nonas decenbris, era MªCCªXXXXª VIIIªª.

Ego, Terasia Muniz, ante obitum meum, in uita mea et uoluntas mea, mando et confirmo et post obitum uero meum.

Ego, Munio Fernandi, percomple hoc testamenti quod fieri uolumus et relegendum cognouimus, manus roboratum tradimus. (Signum)

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna). F. Martini, presbiter, ts. Pleagio, presbiter, ts. Pleagio Suariz, ts.

(2ª columna). Domnus Framirus, ts. Johannis Suarit, ts.

Matheus qui notuit.

29

1214-enero-29

MARIA PELAEZ VENDE A PEDRO GUTIERREZ,A SU MUJER SANCHA RODRIGUEZ Y A GUNTRO DIEGUEZ LA HEREDAD QUE TENIA EN SANTA EULALIA DE LOUSADA.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/1, 140 x 220 mm. Minúscula diplomática.

(Christus).In Dei nomine. Ego, Maria Pelagii,uobis Petro Guteri una cum uxore uestra,Sancia Ruderici et uobis Guntro Didaci,nullo me cogente nec suadente,facio uobis cartam uendicionis tocius hereditatis quam habeo et habere debeo sub aula Sancte Eolalie de Lousada,ubicumque eam ibi inueneritis;precium quod mihi et uobis bene conplacuit,scilicet: L solidos;et aput uos in debito nichil remansit. A modo faciatis de ea totam uestram uoluntatem,meo dominio remoto et potestate.

Si quis autem heredum meorum uel alienorum hoc testamentum atemtauerit infirmare,sic pena primatur pectet uobis CC solidos et hoc scriptum inuiolatum permaneat.

Facta carta tempore domni Adefonsi legione rex.Episcopi lucensis domni Ruderici.Comes in Monteroso Ruderici Gomesci.In Paliaris uicarius Munio Fernandi.In era Mª CCª LIIª et quotum IIII kalendas februarias.

Qui presentes fuerunt:Pelagius Petri,ts. Petrus Ordonii,ts. Rudericus Martini. Martinus Petri,ts. Petrus Nunonis,ts.Romanus Fernandi,ts.

Michael notuit.(Signum)

1215-junio-29 30

MIGUEL VERMUDEZ VENDE A PELAGIO PEREZ UNA HEREDAD EN PRADEDA POR CATORCE SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/2, 90 x 300 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine. Ego,Michael Uermudi, presbiter, filius Ueremudi Michaelis,uobis Pelagio Petri,presbitero Sancte Eolalie de Plataneda,facio cartulam uendicionis de omni hereditate mea quam habeo et habere uobiscum debeo ex parte patris mei. Et est ipsa hereditas in uilla que dicitur Plataneda,in casali de Fonte et tres septimas discurrentes ad ecclesiam Sancte Eolalie de Plateneda et in Bustelo de Iusano et in casali de Aluaro Pelagii,discurrente ad ecclesiam Sancti Saluatoris de monasterio de Castello.

Do uobis ipsas hereditates cum domibus et casalibus suis,cum terris cultis et incultis et cum arboribus fructuosis et infructuosis,cum montibus,fontibus,cum exitu et regressu et cum omnibus pertinenciis suis que ad prestitum hominis prestant uel prestare possunt ut tam uos quam uox uestra habeatis,possideatis et ex ea in uita et ad mortem quodcumque uolueritis faciatis,meo dominio remoto et potestate. Et accipio a uobis pro ea XIIII solidos legionenses et unam toucam,II solidos apretiatam et unam octabam de cibaria;precium quod nobis et uobis complacuit et ex eo apud nos nil remansit sed totum completus est.

Si quis tamen,quod non credo,sic de mea parte uel de alia contra hoc factum nostrum ad irrumpendum uenerit, quidquid sub calumpnia miserit,uobis duplatum redere non posponat et regie uoci C solidos persoluat et hoc scriptum plenam habeat firmitatem.

Facta cartula uendicionis era MCCLXIII et quotum IIII kalendas junii. Tempore regis dompni Adefonsi.Ruderícus

lucensis episcopus. Johannes abbatis de Ferraria. F. de Gan maiordomi eiusdem terre.

Qui presentes fuerunt: F. Martini,presbiter,ts. R. Roderici de Paambre,ts. Domnus Framirus,ts. Petrus Petri, ts. Lupus Spora,ts. Petrus Framiris,ts. Petrus Martini de Alemparte,ts.

Petrus qui notuit,ts.

Transcribente Pelagio Froile,acolitu.

1215 31

MARIA PEREZ VENDE A MARTIN FROILAZ Y A OTROS UNA HEREDAD EN PRADANDA POR TRECE SUELDOS

A.-MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/3, 181 x 130mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Ego,Maria Petri,filia de Eluira Aluarez, vobis Martinus Frolaci et uxor sua,Maria Petri,et Fernandus Petri et Hodarius Petri et uxor sua,Eximia Petri, et Maria Petri,filia Petrus Michaelis,vendo uobis mea hereditate que habeo de meo patrimonio uel de auulorum meorum in uillac que uocitant Pradanenda,sub signo Sancte Eulalie,in casal de Atana et in casal das Quintas.Quantum ibi inuenieritis in mea posesione hic et hinc,quantum ad prestantum hominis est,per ubi potueritis inuenire eam.Et accepio de uobis in precium XVII solidos,tantum quantum mihi complacuit et nichil remansit in debitum.Ita ut de hodie sit ipsa hereditate de meo iure abrasa et in uestro iure sit tradita atque confirmata.

Era MCCLIII.Regnante rex Adefonsus. Lucensis episcopus Rudericus. In monasterio abbas Johannes.

Qui presentes fuerunt ts. et cf.:Fernandus,ts. et cf. Pelagius,ts et cf. Johannes,ts.et cf. Hidacius,ts.et cf.

Ego,Maria Petri,hanc kartulam manus roboro.(Signum)

Ego,Maria Petri,vendo uobis Martinus Frolaz et uxori uestre uel fratres uestros sicut dixit de super;uendo uobis media de ipsa hereditate et alia media ad filios de dum Framiru.

Michael.

32

1216

EL ABAD DE FERREIRA DE PALLARES,JUAN,DA A DON PEDRO RODRIGUEZ LA TERCERA PARTE DE LA HEREDAD DE VILLAMAYOR PARA QUE LA TENGA TODA SU VIDA Y DESPUES SE INCORPORE AL MONASTERIO.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/4, 120(90) x 280 mm. Minúscula diplomática.

Ego,Johannes,aba Ferrarie, una cum conuentu,uobis domno Petro Ruderici,damus uobis,uoci uestre,tercia pars de hereditate nostra de Uila Maior in omnibus diebus uite uestre, tali condicione: Ut sedeatis defensor et conmendator de alia et de omnibus rebus Sancte Marie de Ferrarie ita ut a mo te uestre sit integrata in monasterio Sancte Marie Ferrarie,cum sua populacione et cum comparancia et cum ganancia quanta ibi feceritis in illa uilla.

Ego, domnus Petrus Ruderici, concedo ut sic sit et si menciosus fuero,perdam istam hereditatem. Et si ex parte mea aliquis uenerit ut istam hereditatem quesierit per forcia, habeat meam maledicciones et pro quantum inde abui uel abebo ego ad obitum meum dabo de meum auer et de hereditatem meam in alia parte.

Era Mª CCª Lª IIIIª.

Fernandus Munionis,ts. et cf. Monius Fernandi ts. et cf. Fernandus Sanci,ts. et cf.Fernandus Gomez,ts et cf. Odoarius Ruderici,ts. et cf. Fernandus Pelait,ts. et cf. Totum conuentum ts. et cf.

33

1217-octubre-5

ODOARIO SUAREZ DA A SU MUJER TODA EREZ EN CONCEPTO DE ARRAS TODA LA HEREDAD QUE POSEIA EN SANTA MARIA ALTA.

A.-MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares, 1083/5,121 x 115 mm. Minúscula diplomática.Tiene manchas de humedad que dificultan su lectura.

Era Mª CCª Lª Vª et quotum IIIº nonas octobris.Ego,Odoarius Suerii, tibi uxori mea,Tode Eriz do in arria totam hereditatem meam qua habeo in Sancta Maria Alta,excepta hereditate de ecclesia et de Marconi.

Et si forte congermani mei,filii Garsie Menendi,demandauerint partem de ea,uos ite pro quanta tenent pro ea in Nalar. Et propter quod ego facio hoc,si uos forte ante mortua fueritis quam ego habeo tenere eam in uita mea et ad mortem meam dimittere eam filiis meis quos de uobis habuero.

Qui presentes fuerunt: Garsia Suariz,miles,ts. Adefonsus Petri,miles ,ts.Dominicus Johannis,ts.

Et hoc fuit in presencia totius capituli de Sancta Maria Alta.

Petrus notuit.

34

1217

ALFONSO PELAEZ Y MARINA DIEGUEZ,HIJA Y MADRE,RESPECTIVAMENTE DE PELAYO FERRO,VENDEN LA HEREDAD QUE TENIAN EN VILAMERELLE POR DIEZ SUELDOS

A.-MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/6,100 x 240 mm. M inúscula diplomática.Tiene manchas de humedad que dificultan su lectura.

In Dei (nomine,amen).Ego Eldonza Pelagii, et Marina Didaci,filia et neta de Pelagius Ferro et omnis uox nostra, uobis Petro Didaci..... Petri et posteritas uestra facimus kartam uendicionis in perpetuum ualitura de quanta hereditate habemus in Uilla Mereli per ubicumque illam inuenire potueritis per suis terminis nouis et antiquis cum quantum ad prestitum hominis est.Et recepimus de uobis in precio X solidos et placabile robore;et tam de precio quam de robore nichil remansit aput uos in debito absoluendum.

Et ego Marina Didaci, debeo per mea bona de omni calumpnia alongare contra hoc fratri meo Petro Didaci.

Et si aliquis homo contra hanc kartam ad irrumpendum uenerit,pariat uoce istam pulsanti XL solidos et iam dictam hereditate in triplo et karta' ista semper obtineat firmitatem.

Facta karta era Mª CCª LV.Regnante rege Adefonso.Roderico lucensi episcopo.Rodericus Gomez tenente Sarria et Monte Roso.Johannes Johanni, abbas de Ferraria.Domno Arias maiordomo.

Qui presentes fuerunt:Johannes Baralia,ts.Johannes Micaeli,ts.Martinus Pelagii,ts.

Martinus notarius notuit.

1219-1224(1) 35

FERNANDO PELAEZ DONA A RODRIGO ARIAS Y A SU ESPOSA URRACA UNA HEREDAD QUE POSEE EN EL VILLAR DE SAA DE INTURNANDO.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1082/4, 85 x 272mm. Minúscula diplomática

In Dei nomine.Ego,Fernandus Pelagii et omni uoci mee, vobis,dompno Rodericus Arie, et uxor uestra,dompna Orraca Adfonsi,et uox uestra,in Domino Deo eternam salutem,amen. Facio uobis kartula donationis firmissima de mea hereditate propria que abeo in uillar que uocitant Saa de Inturnandus. Do uobis ipsa mea porcione,quantum ibi habeo uel habere debeo per terminis et locis antiquis.Imprimis per ipso porto de flumine Tago,per ipsa aqua que excurrit de fonte Ferreiros,et super ipsa fonte stat uno marco;ad caput de ipso linare stat alio marco;et deinde per ipsos marcos que stam per ipsos carreiros qui uenient de Sancto Romano et deinde ad marco qui stat super fonte de Guistilam;et inde per ipsa aqua qui intrat ad flumine Pela et inde per ipsa Pela a pena de Armada et inde per ubi determinat cun Sancti Iuliani;et deinde per ipsa fonte Arena Alba et inde per ubi intrat in Tago et inde per ipso flumine Tago ad portum ubi in primiter incipimus.

Do vobis ipsa hereditate et concedo ita ut de odie de iuri meo sit abrasa et in vestro dominio sit tradita atque confirmata.Abeatis uos et omnis posteritas uestra.

Si quis,igitur,in futurum,tam de meo genere quam de alienc contra hac cartula ad irrumpendum uenerit uel uenero,fiat maledictus usque in septima generatione et cum Datam et Abirom in infernum descendat.

Facta kartula svb era Mª Lª VIª et quotum idus kalendas marcii.Regnante rex Adefonsus.In sede Sancti Iacobi archiepiscopus Petrus Muniit.Pertigarius Uelascus F. Episcopus lucensis dompno Ordonius.

Ego,Fernandus Pelagii, et omni uoci mee,in hac kartula manus meas roboro.

Qui presentes fuerunt:Lupus Muniit,ts.Priore de Ferrecra, Petrus Dominici.Suerius Suerii,ts.Petrus Petri de Sancto Johanne,ts.Ferdinandu,ts.Et alii multi qui viderunt et audierunt et presentes fuerunt.(Signum)

(1).-La fecha del documento es 1018-marzo-15,pero evidentemente es equivocada,pues tanto el arzobispo de Santiago como el obispo de Lugo aquí nombrados pertenecen al primer tercio del S.XIII.

36

1219-julio

VERMUDO PELAEZ VENDE A PELAYO PEREZ Y A SU MUJER MARIA MARTINEZ LA HEREDAD QUE TENIA EN VILAMERELLE POR 16 SUELDOS.

A. -MADRID. -Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/8, 130 x 140 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Ego, Vermum Pelagii, et omnis uox nostra, uobis, Pelagio Petri, et uxor uestra, Maria Martini, et omnis uox uestra, facio carta uenditionis in perpetuum ualituram de quanta hereditate habeo uobiscum in Uilla Mereli et in Fondo de Uilla, in quocumque loquo inuenire potueritis; quanta mea uoce ibi est et de filiis meis. Hoc uendo uobis et recipio in precio de uobis XVI solidos, unde nobis et uobis conplacuit et aput uos in debito nichil remansit.

Si aliquid homo de mea parte uel de extranea contra hoc scriptum disrumpendum uenerit uel uenerimus, pectet ad uocem regis Lª solidos uel qui uocem istam pulsauerit, ista hereditate in duplo.

Facta carta in era Mª CCª Lª VIIª, in mense iulius. Regnante regem Alfonso. Johannes Fernandi tenente Monte Roso. Ordonius episcopus lucensi. Fernandus Monici tenente Paliares et cauto de Ferera. Abbatis in Ferera Johannes Johannis. Prior Johannes Lozano. Maiordomo in cauto de Ferera Fernandus Ruderici.

Qui presentes fuerunt: Pelagio, ts. Johannes, ts. Suarius, ts.

Martinus qui notuit.

37

1219-agosto

FERNANDO PEREZ Y SU MUJER MARIA PEREZ Y SUS HIJAS VENDEN A PELAYO PEREZ Y A SU HERMANO DOMINGO PEREZ LA HEREDAD QUE POSEIAN EN VILAMERELLE

A.-MADRID.-Clero,Lugo,Perreira de Pallares, 1083/9, 140 x 175 mm.Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Ego Fernandus Petri et uxor mea Maria Petri et filias meas Marima Fernandi et Maria Fernandi et omnis uox nostra,uobis Pelagio Petri et iermano uestro Dominico Petri et uxor uestra Maria Martini et omnis uox uestra facimus kartam uendicionis in perpetuum ualituram de quanta hereditate habemus in Uilla Mereli et in Fondo de Uilla et quanta habemus uobiscum,montes,fontes,pascentibus,exitibus et regressibus; quanta nostra uoce ibi est in quocumque loco potueritis inuenire.Hoc uendimus uobis et concedimus et recepimus in precio de uobis LXXIIII solidos et VIII denarios et uno prandio in roboracione;unde nobis et uobis placuit et aput uos in debito nichil remansit pro pagandum.

Et si aliquis homo de nostra parte uel de extranea contra hoc scriptum disrumpendum uenerit uel uenerimus,ad uocem regie pectet CC solidos uel qui uocem istam pulsauerit et ista hereditas in duplo.

Facta karta in era Mª CCª Lª VIIª,in mense agusti.Regnante regem Alfonso.Ordonius episcopus lucensis.Johannes Fernandi tenente Roso.Martinus Sancii tenete Sarria.Abbas in Ferrera Johannes Johannis.Fernandus Ruderici maiordomus.

Qui presentes fuerunt:Johannes,ts.Petrus,ts.Pelagio,ts.

M. qui notuit.

1221-marzo-15 38

EL OBISPO ORDOÑO SENTENCIA EN LA DISPUTA QUE SOSTIENEN LOS CLERIGOS FERNANDO PEREZ Y PEDRO ERIZ SOBRE LA IGLESIA DE VILAR DE CABALOS.

A.-MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/10,carta partida per a,b,c,d,e,f,260 x 150 mm.minúscula diplomática; tiene varias manchas de humedad que dificultan su lectura. Conserva dos agujeros romboidales de los que penden dos cintas.

Ordonius,Dei gratia lucensis episcopus,omnibus ad quos littere iste peruenerint,salutem in Domino.

Nouerint tam presentibus quam posteri quod cum Fernandus Petri et Petrus Eriz,clerici, super eclesia Sancte Eolalie de Uillare de Equis diu inter se ad inuicem litigassent, ad ultimum uero cum in nostra fuissent presentia,instituti de beneplacito utriusque partis talem inter se compositionem inierunt.Uidelicet quod predictus Fernandus Petri renunciat Petro Eriz iam supradicto toti iuri quod in predicta habeat eclesia tali scilicet tenore: Quod sepedictus Petrus Eriz donat et concedit prefato Fernando Petri tale prestimonium de predicta eclesia.Uidelicet totum Zima de Uila cum omnibus directuris ecclesiasticas quas parrochiani,qui ibi morantur, tenentur ecclesie superius nominate redere et unum modium sementadura in Uaamundi unam leiram et in castineiris alteram et in prato alteram leiram unius quarteri.

Et taliter debet possedere dictum prestimonium quod si aliam ecclesiam habuerit uel tele impedimentum propter quod non possit seruire ecclesie sepius dicte prestimonium prefatus Petrus Eriz non debet propter hoc ipsum contrariare quia debet sepius dictus Fernandus Petri, in tota uita sua sine omni contraditione et impedimento,iam dictum prestimonium possidere tamquam cum que potuerit debet super fatum Petrus Eriz in negociis ecclesie tratandus adiuuare atque seruire. Sepe dictus uero Petrus Eriz,si ad obitum suus uenerit uel

ad aliquem talem casum quod predictam eclesiam dimittat,debe sepissime nominatum Fernandum Petri de illa eclessia inuestire.

Nos uero superius nominati,Petrus Eriz et Fernandus Petri,omnia supradicta per ..... carta resonat sub iuris iurandi religione pollicemus nos firmiter obseruatum.

Et si quis nostrum contra hoc scriptum uenire temptauerit,iram Dei Omnipotentis incurrat et regie parte CCCCC aureos persoluat.

Facto scripto sub era Mª CCª LVIIIIª et quotum idus marcii.

Qui presentes fuerunt: Archidiaconus domnus U. Uicedecanus,subtus ..... est illa eclessia et in cuius presencia compositio ista fuit facta et per eius mandatum et consensum,cf. Cantor domnus M.cf. Domnus iudex,J.ts. Archidiaconus domnus Pelagius,ts. Garsias Eriz,canonicus,ts. Garsias Lupi,canonicus,ts.

Johannes Nuniz,domni Ordonii lucensis episcopi scriptor,notuit.

39

1222-mayo-1

MARIA IBAÑEZ Y SU MARIDO DAN AL MONATERIO DE FERREIRA DE PALLARES LA PARTE QUE LES CORRESPONDE EN VARIOS CASALES DE VILLAJUSTE.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/11, 175 x 410 mm. Minúscula diplomática.

Notum sit omnibus hominibus tam presentis quam futuris quod ego Marina Johannis una cum uiro meo,uobis abbas Aprilis,una cum conuentu Ferrarie,do uobis hereditatem meam quanta habeo in uilla que uocitant Uilla Iusti,sub signo Sancti Saluatoris,pro remedium anime mee et uiro meo et inde habeamus uictum et uestitum in uita nostra;et est ipsa hereditas in casale de Saruzela,quartam partem de ipso casale,erga quartam partem quod est de hominibus de Dorra et alia media octaua quod est de Dominica Johannis et ita in alio casale de Magarcito et in casal de Petra quinta integra et in casale de Martino Martini quanta est mea portio.

Facta carta sub era M^{a}CC^{a}LX^{a},quotum quod erit kalendas maii.Regnante rex Adefonsus.Lucensis episcopus Ordonius.Tenente Monte Roso Fernandu Guterizt.

Qui presentes fuerunt:Johannes,ts et cf.Fernandus,ts et cf.Petrus,ts et cf.

Michael notuit.

40

1223-agosto-13

DON FERNANDO MUÑOZ Y SU MUJER TERESA RODRIGUEZ DONAN AL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES EL HOSPITAL DE VILLANUEVA DE NEGRAL PARA QUE RECIBAN EN EL A LOS POBRES Y PEREGRINOS A QUIENES HAN DE DAR FUEGO,AGUA,VESTIDO Y LIMOSNA.

A. -MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares, 1083/12, 240 x 170 mm. Minúscula diplomática.

Era Mª CCª LXIª et quotum idus agusti.Nutum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego,domno Fernando Munionis, et uxor mea,domna Tarasia Ruderici,damus uobis et concedimus Aprilis abbas monasterii Sancte Marie de Ferraria de Palares et conuentus eiusdem loci,domus nostra qua uocatur Hospitale de Villanova que uocatur Nigral,in quo modo moratur Dominicus Petri,dictus Pardus,et uxor eius Eluira Ordonii,cum omnibus pertinentiis et directuris suis,sub aula Sancte Marie de Nigral.Videlicet,damus et concedimus uobis,per animas nostras et parentum nostrorum,dictum Hospitalem uobis cum omnibus pertinenciis suis,ut secundum posibilitatem qua ibi habuerit, recipiant ibi pauperes et peregrinos,dando eis ignem et aqua et panos et palea et elemosinas pro ut melius potueritis ut sit ad seruicium Dei.

Et si aliquis contra hoc factum ad dirumpendum uenerit, sit maledictus et pectet monasterii supradicto C morabitinos et carta permaneat in suo robore confirmata.

Facta carta tempore regis Aldefonsus Legionis.Ordonius lucensis episcopus.Fernam Guterri tenente Monteroso.

Qui presentes fuerunt:Pelagius Fernandi,ts.Petro Johannis, milex,ts.

(1ª columna).Dominicus Petri,ts.Fernandus Petri,clericus, ts.Martin Perez,milex,ts.Monio Martini,ts.

(2ª columna).Garsia Petri,ts.Surius Petri,presbiter,ts. Feuerarus,ts.Pelagius Bandoo,ts.Laurentius Petri,clericus,ts. Et alii multi que uiderunt et audierunt.

Johannes notuit,ts et cf.

41

1223-agosto-13

DON FERNANDO MUÑOZ DONA A GARCIA PEREZ UN SOLAR EN NEGRAL PARA EDIFICAR UNA CASA,CON LA CONDICION DE QUE EL INMUEBLE SERA PROPIEDAD DE AMBOS POR MITAD

A.-MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/13,260 x 140mm.Carta partida per a,b,c.Minúscula diplomática.

Era Mª CCª LXIª et quotum idus agusti.Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego domno Fernando Munionis et uxor mea domna Tarasia Ruderici,damus uobis,Garsiam Petri, una plaza in burgum de Uillanoua qui uocatur Negral,sub alas Sancte Marie.Uidelicet quod faciatis ibi una casa tali pactum: quod uos habeatis medietatem de illa,iure hereditario in perpetuum,et nos habeamus aliam medietatem.Et ipsa nostra medietate debetis uos illam allienare mobis unicuique anni,quandocumque nos uoluerimus,in tali precio quale posuerint inter nos duo boni homines ad beneplacitum nostrum et uestrum.Et quicumque ex parte uestra ibi fuerit moraturus,senper debet esse uassallus nostra cum fide et ueritate et nos debemus illi defendere et anparare sicut melius potuerimus.

Et si aliquis contra hoc factum ad irrumpendum uenerit, quantum inuaserit duplet et alteri parte C solidos componat et pactum stabilis permaneat.

Qui presentes fuerunt:Pelagius Fernandi,ts.Petrus Johannis,miles,ts.Fernandus Petri,clericus,ts.Dominicus Petri,ts. Monio Martini,ts.Suerius Petri,presbiter,ts.Johannes Pelagii de Burgum,ts.

Hos qui fieri iussimus hanc per propriis manibus roboramus.

Johannes notuit et ts. cf.

Alfonsus rey Legione.Ordonius lucensis episcopus.Fernandus Guterri tenente Monte Roso.

1223-noviembre 42

DOÑA MARIA FERNANDEZ Y SU MARIDO DON EGIDIO DONAN AL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES LA HEREDAD DE CARUDE.

A.-MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/14,128(93) x 232 mm. Minúscula diplomática.Tiene manchas de humedad y está roto en el borde inferior.

In era Mª CCª LXª Iª,in mense nouembre.Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego,domna Maria Fernandi,in simul cum uiro meo,domno Egidio,damus et concedimus ad monasterium Sancte Marie de Ferraria illum nostrum kasale de Carude,que stat super carreyram,cum tota sua hereditate et cum omnibus suis directuris et pertinentiis,per ubi hereditatem et uocem istius kasalis potuerint inuenire.Et debemus eum tenere in omni uita nostra et ad obitum nostrum debet ficare liberum et quitum cum illa hereditate qua nos tenemus in aldea de Pineyra de predicto monasterio.Totum debet ficare cum omnibus suis directuris ad predictum monasterio in pace.

Et ille qui ad hoc passare uoluerit,sit maledictus et habeat nostram malecditionem et Dei Omnipotenti et pectet ad partem monasterium C morabitinos et factum fidem sit stabile in omni tempore.

Qui presentes fuerunt:Fernandus Suerii,miles. Lupus Munionis de Moreda. Johannes Garsie. Pelagius Garsie.

43

1224-marzo-10

RODRIGO PEREZ,MILES DE SAN MAMED,VENDE A NUÑO RODRIGUEZ Y A SU ESPOSA SUS HEREDADES DE SAN MARTIN DE MEDA POR CIENTO CINCUENTA SUELDOS,CON CIERTAS CONDICIONES.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/16, 110 x 310 mm. Minúscula diplomática.

(Christus).Sub Christi nomine. Ego,Rudericus Petri, miles de Sancto Mamete,uobis Nunori Ruderici et uxori uestre, Marie Boiso,libenti animo,nullo cogente uel suadente,facio cartam uendicionis tocius hereditatis mee quam habeo et habere debeo in Sancto Martino de Meda et in totis terminis eius,cum omnibus pertinenciis suis et directuris; et accipio a uobis pro ea CL solidos monete regis legionensis, tali pacto: quod quandoque ego uel uox mea uobis uel uoci uestre prefatus denarios reddidimus in ualore quomodo sunt ad VIIIº solidos morabitinum,reuendatis nobis eam. A modo faciatis de ea totam uestram uoluntatem sub prefata lege, meo dominio remoto et potestate.

Si uero aliquis contra hoc uenerit uel uenero quod calumpniatus fuerit,duplicatum uobis restituat et hoc scriptum inuiolatum permaneat.

Factum est era Mª CCª LXª IIª et quotum VIº idus marcii.Tempore regis domni Adefonsi.Episcopi lucensis domni Ordonii.Tenentis terram ipsam Ruderici Bazarii.

Ego prefatus Rudericus Petri roboro et confirmo.(Signum).

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Pelagius Ordonii,miles,ts.Sancius Merlus, ts.Johannes Johannis,presbiter,ts.

(2ª columna).Petrus Pelagii de Uilarino,ts.Pelagius Johannis de Outeiro,ts.Petrus Johannis,frater eius,ts.

(3ª columna).Fernandus Petri de Sancto Mamete,ts.Aras Petri,presbiter,ts.Didacus Fernandi de Sancta Eugenia,ts.

Romanus,lucensis notarius,scribente Pelagio Uermudi. (Signum).

44

1225-enero-7

ODOARIO SUAREZ DA A SU MUJER TODA LOS TRESCIENTOS SUELDOS PRODUCTO DE LA VENTA DE LA HEREDAD DE ROVERA

A.-MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares, 1083/15, 130 x 220 mm. Minúscula diplomática.

Era Mª CCª LXª IIIª et quotum VIIº idus ianuarii.Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego.Odoarius Suerii. concedo uobis,uxori mee legitime,domne Tode Eri, hos CCC solidos quos recipimus de illa hereditate quam mater uestra domna Maria Nuni uendidit in Rouera. Concedo eos uobis per illam meam hereditatem et per illud casal quod ego habeo in Arulfi,ex parte matris mee.domne (1) Lupe Froile,tali pacto: Quod si me ante uos acciderit mori,filios quos ego de uobis habeo numqua illud uobis demandent,donec uobis dederint iam dictos CCC solidos in pace nec eciam filios quos ego habeam alterius mulieris.

Similiter et si ego,domna Toda,ante uos decesera,ubicumque ego uel cuicumque iam dictos CCC solidos mandauero et illos in pace tribuatis ante quam iam dictum casal recipiatis.

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Gundissaluus Suerii,canonicus,ts.Johannes Michaelis,canonicus,ts.Johannes Froile,canonicus,ts. Michael Ruderici,diaconus,ts.Johannes Garsie,clericus,ts.

(2ª columna). Pelagius Johannis,presbiter,ts. Petrus Johannis,presbiter,ts. Petrus Johannis,presbiter,ts.Pelagius Johannis,scriba,ts. Pelagius (2) Uermudi,ts.

Fernandus Martini,diaconus,scripsit.

(1).Repetido "domne"
(2).Tachado "Johannis"

1225-agosto-16 45

CONCORDIA ENTRE EL OBISPO DE LUGO, DOM MIGUEL, Y EL ABAD DE FERREIRA DE PALARES SOBRE LA PRESENTACION DEL BENEFICIO DE MOURULLE.

A.-Madrid.-A.H.N.-Clero,Lugo,Samos,1242/14,262 x 140 mm. Minúscula diplomática.Totalmente destruida la parte lateral derecha.

Sub era Mª CCª LXIIIª et quotum XVIIIº kalendas septembris.

⟨Nouerint uniuersi pre⟩sentem paginam inspecturi, quod domnus Michael,episcopus⟨lucensis⟩ ..... rem religionis monasterii de Sancta Maria de Ferraria ⟨de Palares ..... multi⟩plices necesitatis ipsius dant et concedunt .....et conuentus ipsius monasterii retineant .....Sancte Vincentie de Mourule,que est in Asma in.....natus ecclesie ad idem monasterium noscitur pertinere ..... prouidentes tam ex decimis quam senaris et ex omnibus rebus .....semper conuertant.Ita tamen quod semper instituatur in ea ..... tempore fuerit uel decanum capellanus perpetuus qui eidem ..... spiritualibus administret cui capellano debent abbas .....de fructibus eiusdem ecclesie et in eadem ecclesia per piscopum ..... terint in necesariis prouidere ita quod capellanus dicat .....et non debent compelli ad maiorem prouisionem faciendam .....episcope nec a decano lucense,retento semper lucensi ecclesie ....fuerit,habeat annuatim in ipsa ecclesia procurationem ab ipso monasterio .....uere et cetera iura episcopalia habeat in capellano ita quod in nulle ..... lucense ecclesie aliquid subtrahatur.Que iura rector ipsius ecclesie ..... pro luctuosa uere debet habere decanus lucensis semper in morte .....capellani X soldos usualis monete retinet sibi etiam .....idem ius semper habeat

in ipso capellano quod habet .....sui episcopatus.

Ut prenotatus episcopus et capellanus presentem .....diuisam et sigillis suis signatam monasterio .....et confirmant in perpetuum ualituram.

Qui presentes fuerunt:.....Domnus Fernandus,archidiaconus de Auiancis,ts.Domnus..... Domnus Garsia Ruderici,archidiaconus de Dezon,ts.Domnus .....

Fernandus Pelagii,canonicus et notarius lucensis, (notuit).

16

1226-febrero-5

RODRIGO SEBASTIANEZ VENDE A JUAN PEREZ LAS HEREDADES QUE EL HIJO DEL PRIMERO,PEDRO RODRIGUEZ,TENIA EN LA VILLA DE LUDECIO.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/17, 90 x 240 mm. Minúscula diplomática.

(Christus).In Dei nomine.Ego,Rudericus Sebastiani,nullo me cogente,uobis Johanni Petri facio cartam uendicionis tocius hereditatis filii mei Petri Ruderici,que habet sub aula Sancte Marie de Feron,in uilla nominata Ludecio; et est in casale que fuit Lupi Odoarii,de porcione Gudine Martini. Uendo quantam partem iam dicte hereditatis que mihi conuenit inter meos heredes.Et accipio in precium X solidos monete regis.Et semper habeo uos emparare ista uenditione per aliam meam hereditate que habeo de Rio de Gabete,contra uilla de Feron et in Araualdo.Abeatis eam in perpetuum uos et posteritas uestra post uos,meo dominio remoto et potestate.

Facta sub era Mª CCª LXIIII et quotum nonas februarii. Adefonsus Legione et Castelle rex.Michael lucensis episcopus. Ricome Rudericus Gomesci.Tenente Palaris Rudericus Fernandi. Maiorinus Fernandus Didaci. Saion Petrus Petri.

Ego.Rudericus Sebastiani hanc cartam roboro.

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Dominicus Sebastiane de Alarit,ts.Johannes Lian de Coifis,ts.Dominicus Martini,presbiter,ts.

(2ª columna).Marina Pelagii Helduuina,ts.Pelagius Pelagii de Felgecra,ts.

Michael Fernandi,notarius de Palaris,notuit.

47

1227-abril-6

CONCORDIA ENTRE EL ABAD DE FERREIRA DE PALLARES Y EL COMENDADOR DE SANFIZ DO HERMO.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/19, 320 x 470 mm. Minúscula diplomática.

B.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares, 1083/18, copia literal del siglo XIII,minúscula diplomática.

In nomine Domini Nostri Ihesu Christi,amen. Cum inter domnum M. Sancii, conmendatorem domus milicie Templi in Galletia,per uoce monasterii Sancti Pelicis de Heremo,ex una parte, et domnum Aprilem abbatem de Ferreira et eiusdem conuentus,ex altera,coram domno Michaeli lucensi episcopo,super possessionibus,quibusdam dampnis et iniuriis sibi ad inuicem irrogatis,questio suborta fuisset et eadem causa audientie M. lucensis archidiaconi conmissa fuisset, post multas alterationes coram ipso archidiacono hinc inde factas,tandem de beneplacito partium,nos videlicet: P. Sobrinus et Johannes Michaelis,lucenses canonicos,compromissum fuit sub hac forma.

Era Mª CCª LXVª et quotum idus aprilis. Hoc est compromissum quod abbas de Ferreira,dompnus Aprilis, et Didacus Martini,frater militie Templi,procurator domni M. Sancii, commendatoris Templi in Galletia,super omnibus controuersiis,quas abbas predictus et frater militie Templi habent inter se,ad inuicem faciunt. Videlicet et super iniuriis ad inuicem factis et super possessionibus ac rebus aliis que abbas pro monasterio suo exigebat,et fratres milicie Templi,nomine Sancti Pelicis de Heremo,et hoc compromissum fit de mandato domni P. Aluiti,magistri militie Templi in regnis Castelle,Legionis et Portugallie. Compromiserunt itaque in domno P. Sobrino et in domno Johanne Michaele,lucenses canonici,sub pena centum aureorum ut ipsi accedentes ad loca,receptis prius eorum petitionibus,inquirant super

omnibus ueritatem diligentius tam per testes quam per instrumenta et,si potuerint,amicabiliter componant sinatus cúm domno Michaelé lucensi episcopo,eficaciter curent totum negocium diffinire partes atque debunt uenire cum equitaturis et necesariis parate dominica qua cantatur misericordia Domini,adducendos arbitros ad loca uidenda et ad inquisam recipiendam. Et postquam receperint inquisam,debunt assignare partibus terminum quo ueniant arbitrum recepture,preterea si aliqua causa acciderit quod alter arbitrorum hiis exequendis intuere,non poterit ex aliqua ineuitabili causa, licitum sit parti que eum elegit,ipsi alterum substituere de gremio lucensis ecclesie,quem uoluerit. Si atque aliqua partium ad hoc arbitrio uoluerit resilire,incurrat penam superius pertaxata,arbitrio nichilominus in suo robore permanente.

Hoc autem arbitrium debet agi de plano,cesantibus allegationibus, et strepitu iudicii fideiussores autem sint in singulis centum aureis domnus A. cantor lucensis,pro parte templariorum,et domnus J.iudex lucensis,pro parte abbatis et monasterii sui,abrenuntiantes omni priuilegio clericali et promittentes in presentia domni Michaelis lucensis episcopi quod neuter illorum amparet pignora,si qua partium ab arbitrio uoluerit resilire.

Acta sunt hec in domo M. lucensis archidiaconi dati auditoris a domno Michaele lucense episcopo et recitata in presentia domni episcopi,partibus concedentibus et arbitris presentibus,per manus P.Froile acolite lucense ecclesie postquam autem arbitrium fuerit datum et in scriptis redactum debent sigilla sua apponere magister militie Templi et abbas de Ferreira.

Qui presentes fuerunt:Domnus Michaelis lucensis episcopus.Domnus P.Ruderici de Bolanio,miles.Domnus J.Froile,canonicus.Petrus Sobrinus.Pelagius Ueremundi,lucensis notarius. Fernandus Munionis de Sompniar.Domnus M.lucensis archidiaconus.Domnus P.Martini de Carualial.

Nos igitur accedentes ad loca,primo receptis petitionibus partium,et auditis responsionibus eorumdem,testes hinc et inde predictos recepimus et examinauimus diligenter

et super omnibus articulis testimonia distinximus iuratorum,habitoque consilio cum uiris prudentibus et tota deliberatione facta cum episcopo memorato in spectis prius attestationibus et instrumentis partium taliter decreuimus arbitrandum.

In primis mandamus de ecclesia Sancti Vincenti de Uilla Merelli quod monasterium Sancti Felicis totum ius \patronatus/ ex integro in ea obtineat et monasterium Ferreira habeat ibi uocem regalem tantummodo,ita uidelicet quod nec impediat templariis uassallian clerici nec exigat ex debito inuitatores nec minutores ibidem sibi fieri.Super hereditatem de Mathei quam modo ibi possident templarii, abbati et monasterio de Ferreira silencium imponentes.Super agro de Marzam et super casali de Penela in Carcer, similiter.De casali de Heiras mandamus quod medietatem quam possident templarii redant monasterio de Ferreira. De vassallis mandamus quod in cauto templariorum abbates de Ferreira non habeant nisi benfacttorias que uoluerint abbatis esse.De ouibus et de pignora maiordomi absoluimus utrosque.De Bertamir mandamus templariis quod non impediant monasterio de Ferreira super hereditate quam ibi habet. Similiter mandamus monasterio de Ferreira quod non impediat templarios super Sancto Dominici Fule et eius casalis.De tertia de Gontin sic mandamus quod templarii in uilla sint contenti eo quod modo possident.In montibus uero extra villam eradicandis habeant tertiam suam taliter quod primo eradicent tantum quod adequentur aliis pro modo quantitatis culture aliorum qui iam in montibus eradicauerint et post si uoluerint templarii diuidant in simile per tertias cum aliis quo ad montes. Villare atque Sancti Pelagii adiudicauimus Ferrarie,reseruata seruitute pascendi et scidendi [illegible] et molimos hominibus de Marzam sine dampno agriculture. Mandamus preterea quod abbates de Ferreira non populareni uillare predictum de monachis uel conuersis uel hominibus priuilegiatis sed de rusticis quos uoluerint,de quibus templarii possint habere ius suus quando eis competierit.Mandamus insuper quod uiolencia quam fecit abbas

populando contra prohibitionem conmendatoris,recompensetur per uiolencia quam fecit conmendator destruendo domos villaris.Damna uero domorum destructorum ad inuicem\mandamus/ hinc inde remitti,scilicet de domibus villaris et de materia domus de Bertamir pro destructione domorum de Meyxaboy quia de destuctione domorum de Marzam et de Monte Caluo pronuntiamus abbatem non teneri deshonras et omnes iniurias hinc inde factas ad inuicem mandamus remitti tali modo ut quia ex parte abbatis magis nobis uidetur fuisse excessum.Mandamus pro bono pacis et concordie quod abbas relinquat templariis hereditatem de Heiraſ quam eidem adiudicamus et det eis centum solidos legionenses et sic super omnibus pax et concordia.Reformetur ad terminos autem villaris,et de Marzam et de Gontin et de Meyxaboy dirimendos seu ponendos; debemus nos duo,scilicet P.Sobrinus et Johannes Michaelis, accedere et si nos non potuerimus in diuisione concordare, debemus nobis tertium adiungere ut quod duo mandauerint, preualeat in terminis assignandis.De peticione uero templariorum in monasterio de Ferreira et de petitione abbatis in Sancto Tirso pronuntiamus ad nostrum arbitrium non stettare.

Qui presentes fuerunt:Domnus Velascus,decanus lucensis, ts.Gundissaluus Suerii,presbiter et canonicus,ts.Pelagius Johannis,presbiter et canonicus,ts.Suerius Martini,canonicus,ts.Johannes Muniz,subdiaconus,ts.Arias Petri,miles,ts. Veremudus Odoarii,clericus,ts.Adefonsus,cantor,ts.Garsia Heriz,presbiter,ts.canonicus,ts.Didacus Lupi,canonicus,ts. Johannes Lombardus,canonicus,ts.Rudericus Petri,miles,ts. Rudericus Petri,presbiter,ts.

Petrus Sobrinus acolitus ad acta conscribenda iuratus notuit.

18

1227-mayo-10

JUAN MARTINEZ Y SU HERMANO FERNANDO MARTINEZ VENDEN A MARIA MARTINEZ LA MITAD DE LA QUINTA DE UN CASAL EN QUINTANAS POR QUINCE SUELDOS LEONESES.

A.-MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/ 20, 110 x 230 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine. Notum sit quod ego Johannes Martini de Matei, et meus frater Fernandus Martini,uobis,Marie Martini das Quintanas facimus cartam uendicionis de media de una quinta qua habemus et habere debemus in casale das Quintanas, cum totis terminis eius,cum omnibus pertinenciis et directuris suis,discurrente ad ecclesiam Sancte Marie de Ferrarie. Et accipimus a uobis pro ea XV solidos legionenses.A modo de ea uestram propriam uoluntatem faciatis et uox uestra post uos,nostro dominio remoto et potestate.

Si uero aliquis contra hoc uenerit uel uenero,sit maledictus et quod calumpniatus facerit uobis,duplatum restituat et regie uoci L solidos persoluat et hoc scriptum inuiolatum permaneat.

Factum est sub era Mª CC LXV et quotum VI idus maii,kalendas.Tempore regis domni Fernandi.Episcopi lucensis domni Michaelis.Roderici Gomet ricomi de Monterroso.Meirini domni regis Sancii Pelagii de Reuedro. Abbatis dom Abril de Ferraria. Maiordomi de couto don Pasqual de Uila Mereli.

Nos, prefati Johannes et Fernandus, roboramus et confirmamus.

Qui presentes fuerunt:Johannes Pelagii,monachus,ts. Petrus Johannis,monachus,ts.Johannes Petri,monachus,ts. Petrus Uermudi,monachus,ts. Petrus Pasqual,ts.Multi homines quos uiderunt et audierunt ts et cf.

Johannes Petri qui notuit.(Signum)

(1).-En el documento figura como reinante el rey Fernando, pero éste no gobernará en León hasta 1230.

49

1227-junio-13

MARTIN PEREZ VENDE A RODRIGO PEREZ Y A SU ESPOSA MARIA FERNANDEZ TODA LA HEREDAD QUE TENIA EN LA VILLA DE LOUSADA.

A. -MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/21, 90 x 210 mm.Minúscula diplomática.

(Christus). In Dei nomine. Ego,Martinus Petri,nullo me cogente,uobis Dominico Petri et uxori tue Marie Fernandi,facio cartam uendicionis tocius mee hereditatis que habui ex auis meis in territorio Palaris,sub aula Sancte Marie de Feron,in uilla que uocant Lausado;de una decima, una quarta et media uendo uobis et dono;et accipio in precium XII solidos monete regis. A modo de ea totas uestras uoluntates faciatis,meo dominio remoto et potestate.

Si quis autem heredum meorum uel alienorum hoc nostra testamentum atentauerit infirmare,duplatam uobis restituat et hoc scriptum inuiolatum permaneat.

Facta sub era Mª CCª LXVª et quotum idus iunii.Adefonsus Legioni rex. Michael lucensis episcopus.Tenente Monte Roso Ruderícus Gomesci,Palaris Fernandus Munionis.Maiorinus Johannes Petri.Saion Dominicus Canelas.

Ego,Martinus, hanc cartam roboro et confirmo.

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Fernandus Martini,ts. Munio Michaelis,ts. Petrus Pelagii,ts.

(2ª columna).Arias Ruderici,ts. Nuno Guterii,ts. Johannes Petri,ts.Petrus Fernandi,ts.

Michael notuit et Petrus Pelagii,presbiter,precepit notuit.

50

1227-julio-18

DIEGO IBAÑEZ VENDE A SUS HERMANOS DIVERSAS PROPIEDADES QUE TENIA DE SU PADRE Y DE LAS ARRAS DE SU MADRE.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/22, 142 x 250 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine. Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Didacus Johannis,bono animo et sana uoluntate,vobis fratribus meis,Pelagio Johannis et Petro Johannis,uxsorique uestre Marie Johannis et uobis Nuno Johannis et fratribus uestris,facio cartulam uendicionis de hereditate mea quam habeo et habere debeo ex parte patris mei, Johannis Pelagii, et ex parte arrarum mee matris. Et est ipsa hereditas in uilla que uocatur Recili,in casale que dicitur Sarcia et in Maariz et in Lamas,discurrente ad ecclesiam Sancti Petri de Recili et alie hereditates que sunt in Paliares,in uilla que dicitur Uilar Aldar,in casale qui uocatur Caal,sub ecclesia Sancte Marie de Monasterio de Paliares et in casale de Tidin,discurrente ad ecclesiam Sancti Romani et in Sigianos,sub ecclesia Sancti Mametis de Lousada et in Carreira de Uiela.Et accipio a uobis pro ea LXXX^{a} solidos et aliter de uobis Petro Johannis et de uxsore uestra Maria Johannis XL solidos;et do uobis mediam partem iam dicte hereditatis.Et de Pelagio Johannis et de fratribus suis XX solidos et do eis aliam quartam et ita in simul fiunt LXXX solidos;precium quod mihi satis complacuit et de quo aput uos nichil remansit in debitum sed totum completum est.

Itaque quod ipsa hereditas cum domibus et casalibus suis,cum arboribus fructuosis uel infructuosis,cum terris cultis uel incultis et cum omnibus pertinenciis suis,ab isto die et tempore de iure meo et dominio sit remota et in uestro iure et dominio posita sit atque confirmata, ut tam uos quam uestra posteritas faciatis de ea et in ea

quicquid uestre placuerit uoluntati.

Si quis tamen,quod fieri non credo, de mea parte uel de alia contra hoc factum nostrum ad irrumpendum uenerit, quicquid sub calumnia miserit,uobis duplatum uel triplatum reddere non posponat et insuper pro ausum tante temeritatis regiam uocem pulsanti C solidos persoluat et hoc scriptum plenam obtineat firmitatem.

Fata cartula huius uendicionis sub era Mª CCª Lª XIIª et quotum XVº kalendas augustas.Regnante rege Adefonso. Michaeli lúcensi episcopo.Ruderico Gomez tenente Montem Rosum.Petro Ruderici tenente comend ..... .Pelagio Johannis maiorino.

Qui presentes fuerunt:Fernandus Nunis,clericus,ts. Pelagius,capelanus,ts. Fernandus Oueci,ts. Johannes Nuniz, miles,ts. Pelagius Johannis,miles,ts. Johannes Johannis, ts. Petrus Johannis,cf. Michael Petri,cf. Petrus Fernandi, cf.

Petrus notuit et cf.

51

1227-noviembre-8

JUAN PELAEZ Y SU MUJER HACEN PACTO CON EL ABAD DE FERREIRA, SOBRE LA HEREDAD DE SU HERMANO PEDRO CABEZAS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero, Lugo, Ferreira de Pallares, 1083/23, carta partida per a,b,c,d,e,... .Minúscula diplomática.

Notum sit ominibus omnibus tam presentibus quam futuris quod ego, Johannes Pelagii, et uxor mea, Maria Meras, que moro aa Pena, sobrino de Michael Johannis, facio pactum staticum cum abbatis et conuentu de Sancte Marie de Ferraria do herdimentu de sou frade P.Cabeza que e uos u tinamus aquil herdamentu de P.Cabeza subredictu en tudus nosus dias et porem damus partizom en quamto tem Maria Uermuit por aquila uoz en aquila uoz en qui eles demandam por suu frade P.Cabeza.Et eu, Johannes Pelagii, iam dictu de susu octorgo qui ua remda como mandar Michael Johannis et Johannes, frade de ipso lugar, et si Michael Johannis non ouer otro ome bono qual puder auer.

Facta in era Mª CCª LXª Vª et quotum VI idus nouembris.

Qui presentes fuerunt: Michael Johannis, clerigo de Sancta Maria de Chuli, ts.Johannes Dominici de Nesperaria, ts.Johannes Petri, Pasqual, ts.Michael Petri de Marçam, ts. Fernandus Corel, ts.Petrus Stephani, ts.Petrus Petri, ts. Fernandus Johannis qui notuit per mandatum abbatis et conuentu.

52

1228-enero-18

MIGUEL, OBISPO DE LUGO, PERMUTA CON ABRIL, ABAD DE FERREIRA DE PALLARES, LA HEREDAD QUE LA IGLESIA DE LUGO TENIA EN NADAL POR LA QUE EL CITADO MONASTERIO TENIA EN GONTERIZ.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero, Lugo, Ferreira de Pallares, 1084/1, 220 x 143 mm. Carta partida per a, b, c. Minúscula diplomática.

Era Mª CCª LXª VIª et quotum XVº kalendas februarii. Sciant presentes et posteri hanc paginam inspecturi, quod nos, Michael, Dei gratia lucensis episcopus, cum consensu capituli nostri, permutamus cum Aprile, abbate Sancte Marie de Ferreira de Palares et conuentu eiusdem, totam hereditatem quam habet et habere debet lucensis ecclesia in Nadali et in totis terminis eius, pro tota hereditate quam habet et habere debet prefatum monasterium in Gontiriz, cum tota uoce sua, cum terminis et pertinenciis suis omnibus. Verum quia hereditas quam habebat dictum monasterium in Gontiriz preualebat nostre hereditati quam habebamus in Nadali, superaddidimus dictis abbati et conuentui CCCC solidos, monete regis legionensis. Et ut permutacio ista in perpetuum obtineat firmitatem cum ipsis, cartam per abecedarium bipartimus.

Qui presentes fuerunt: Archidiaconus Martinus, ts. Archidiaconus Pelagius, ts. Decanus Vincentius. Cantor A. ts. Thesaurarius Pelagius, ts. Didacus Lupi, cantor, ts. Johannes Lonbardus, cantor, ts. Garsia Eriz. cantor, ts. Prior Johannes, ts. Rudericus Bazarius, ts. Michael Pelagii, presbiter, ts. Nuno Odoarii, ts. Petrus Fernandi, ts. Petrus Uermudi, ts. Johannes Petri, ts. Petrus Johannis, monacus, ts. Pelagius Johannis, ts. Johannes Pelagii, ts. Petrus Martini, ts. Arias Nuniz, ts. Petrus Johannis, ts. Pelagius Petri, ts. Petrus Nuniz, miles. Fernandus Petri, ts.

Pelagius Uermudi, lucensis notarius, notuit.

53

1228-febrero-5

MARINA IBAÑEZ Y SU MARIDO JUAN PEREZ VENDEN UNA PARTE DE SU CASA DE LEDEGUNDI AL ABAD DE FERREIRA DE PALLARES POR VEINTIOCHO SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/2, 130 x 300 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine,amen. Notum sit omnibus ominibus,tam presentibus quam futuris,quod ego,Marina Johannes,filia de Maria Fernandiz de Mexaboy,in simul cum marito meo,Johanne Petri,facio cartam uendicionis de una sesta da octaua unius domus /de Ledegundi/,cum suis exitus et cum suis pertinenciis. Quod ego habeo sub signo Sancti Iacobi de Ledegundi.Quam casam fecit domnus Duranus,clericus de Nesperaria.Quam ego,dicta Marina Johannis,habui ex parte matris mee,Maria Fernandiz. Et uendo predictam sextam predicte domus domno Martino,abbati de Ferraria et conuentui eiusdem loci.Et accipio de uobis pro illa in precio XXª VIIIª solidos,precium que dicte Marina Johannis et marito meo,Johannes Petri,et uobis predicto abbati et conuentui (1) bene placuit;tam de precium quam de roborationem nichil remansit,nostro dominio remoto et in uestro iure confirmata.

Si quis igitur contra hoc scriptum uenerit maliciose,pectet alteri parti C solidos et scriptum maneat roboratum.

Facta carta sub era Mª CCª LXª VIª,et quotum nonas februarii.Tempore domni regis Aldefonsi.Michaeli lucensi episcopo.Roderico Gumiz tenente Monte Roso.Merino regis en Gallizа Roderico Garcia. Johannes Fernandit prelatus ecclesie Sancti Iacobi de Ledegundi.Alcalde Fernandus Petri de Ledegundi.

Qui presentes fuerunt: Fernandus Johannis,ts.Petrus de Touro,ts.Petrus Dominici,ts. Multi homines qui uiderunt et audierunt.

Fernandus Johannis qui notuit.(Signum)

(1).Tachado "eiusdem loci".

54

1229-enero-15

SEÑALAMIENTO DE LIMITES ENTRE MEYXABOY Y GUNTIN

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares;carta partida per a,b,c,;1084/3;340 x 230 mm. Minúscula diplomática.

B.-MADRID.-A.H.N.-Clero, Lugo,Ferreira de Pallares;copia simple del S.XIII,1084/3; 195 x 130 mm. Minúscula diplomática.

B.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares;copia simple del S.XIII,1084/3,220 x 230 mm. Minúscula diplomática.

Era Mª CCª LXª VIIª et quotum XVIII kalendas februarias. Partibus in nostra presencia,videlicet: Domni Michaelis,lucensis episcopi,et Petri Sobrini et Johannis Michaelis,canonicorum lucensium,constitutis,diffinimus quod termini inter Meyxaboy et Guntin sint per ubi dicitur marcus de Spinario et inde ad Touceiram,que est super hereditate tenplariorum, et ab illo loco,recta linea,usque ad Penna Bornariam. Inferius sit totum de Meyxaboy et superius sit de Guntin.

Restitucio uero pro tercia de Gontin,que debet fieri templariis in montibus pro aliis montibus herradicatis,talis debet esse: In Gandara debent dare Gandaram,pro modo quantitatis in hereditatis culto,iuxta villam similiter, iuxta castrum similiter. Terminos autem de villari sic diffinimus: Videlicet,quod quicquid ibi est laboratum ,siue cultum cedat in ius et proprietatem monasterii de Ferraria et quicquid est inter laboratas et circa domos predicti uillaris similiter. Ager uero,quem tenent inter domos villaris et cautum templariorum,qui uocatur de Codeira, similiter cedat in eiusdem monasterii ius et proprietatem; nec

tamen continuent agriculturam usque ad eumdem agrum,sed finiatur in rigueiro qui est inter domos predicti uillaris et agrum predictum,nec extendantur ad agriculturam in longum nec in latum.

Pecora uero rusticorum,ibi conmorantium,pascantur circumquaque in montibus,sine dampno agriculture. Ita tamen quod predicti monachi non habeant ibi equitium nec bustum uacarum.

Ligna uero,palos et molimem rustici uillaris predicti scindant circumquaque.Ita tamen quod non descendant ad uillare de Yuri.

Uocem uero regalem predicti templarii habeant per cautos in eorumdem instrumento contentos.

Hoc uero quod instrumento isto resonat per arbitrium nostrum diffinitum et quicquid in alio loco continetur in quo similiter arbitrium nostrum super aliis que in compromisso sunt comprehensa promulgatum est a nobis et sigillorum nostrorum munimine et abbatis de Ferraria et magistri militie Templi roboratum debet compleri usque ad dominicam de albis proxime uenturam.

Qui presentes fuerunt:

P. lucensis archidiaconus,cf. P. lucensis thesaurarius, cf. Johannes,lucensis iudex,cf. Garsia Muniz,diacconus,cf. Gundissaluus Ruderici,cf. Petrus Adefonsi,miles,cf. Johannes Pelagii,petrarius,cf.

Garsia Eriz,canonicus et presbiter,cf. Dompnus Adefonsus Pelagii,cf. Petrus Petri de Paradela,cf. Adefonsus Pelagii,presbiter,cf. Dominicus Iubani,presbiter,cf. Petrus Dominici,miles,cf. Gundissaluus Ruderici,clericus,cf. Johannes Adefonsi,subdiaconus,cf.

Johannes Martini,clericus chori lucensis, de consensu partium notuit.

55

1229-febrero-11.

PEDRO FROILAZ Y SU HERMANA AZENDA FROILAZ VENDEN AL OBISPO Y CONVENTO DE FERREIRA DE PALLARES SU HEREDAD DE VILANERELLE.

A.-MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/4, 130 x 130(150) mm.M inúscula diplomática.

(Christus).In Dei nomine. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris,quod ego.Petrus Frolat,et soror mea,Azenda Frolat,una cum filiis nostris,vobis abbati donno Aprili et uestro conuentui,facimus carta uendicionis de hereditate nostra qua habemus et habere debemus ex parte cuiorum nostrorum.Et est ipsa hereditas in Uilla Merelli, in casale,que uocatur,de Odario Gosendi,discurrente ad ecclesiam Sancti Uincencii.Et accipimus a uobis in precio.XIIII solidos **legionenses**;precium que nobis et uobis satis placuit,et de quo aput uos nil remansit in debito,sed totum completum est.Itaque dicta hereditas,cum omnibus pertinenciis suis,ab isto die et tempore de iure nostro et dominio sit remota et in uestro iure et dominio sit possita adque confirmata,ut tam uos quam uestra posteritas habeatis et posideatis et ex ea in uita et ad mortem,quecumque uolueritis,faciatis.

Si quis tamen,quod fieri non credo, de mea parte uel de extranea,contra hoc factum nostrum ad irrumpendum uenerit, quicquid sub calumpnia miserit,uobis duplatum redere non posponat,et,pro ausu temeritatis,regie uoci LX solidos persoluat et hoc scriptum plenam habeat firmitatem.

Facta carta uenditionis sub era Mª CCª LXVIIª et quotum III° idus Frebuarii.Regnante rege Aldefonso in Legione et in Gallecia.Michaele lucensi episcopo.Roderico Gomet tenente Montem Rosum. Munio Fernandi et Ruderico Fernandi de Rodario tenentes Paliares.Maiorino domni regis Johannes Ordonii.De cauto Ferrarie Martinus Petri maiordomo.

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna). Petrus Ueremudi,monacus,ts. Johannes Petri, monacus,ts. Johannes Pelagii,monacus,ts.Johannes Suerii,ts. Johannes Lozani,ts.

(2ª columna).Johannes Johannis,presbiter,ts.Monio Petri,clericus Sancti Uincencii,ts.Johannes Caluus,ts.Domnus Thomas,ts.et cf.Petrus Louxano,ts.et cf.

Johannes notuit,ts. et cf.(Signum)

1230-agosto-29

VENTA QUE HACE PEDRO MARTINEZ Y SU MUJER TERESA RODRIGUEZ A DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO Y A SU ESPOSA DOÑA MAYOR ALFONSIZ DE VARIOS CASARES EN RIBAS DE MIÑO POR 350 SUELDOS.

EDT.Enrique Montenegro.Boletín de la Real Academia Gallega,I,pag.280.

In Dei nomine,amen.

Notum sit omnibus presentibus et futuris,quod ego, Petrus Martini,et uxor mea,Terasia Roderici,et omnis uos nostra,vobis,domno Munioni Fernandi et uxori uestre domne Maiori Alfonso omnibusque uoci uestre,facimus carta uendicionis in perpetuum ualituram.

Scilicet uendimus uobis de casali Domne Godine unam quartam et de casali de Johanne Didaci unam sesman et de casali de Petro Guiraldi unam quartam et de casali de Didaco Petri unam mediam septimam et unam duizimam ecclesie Sancti Mametis.

Predictas uoces et hereditates uendimus,montes,fontes, terras cultas,incultas,arbores,cum omnibus suis directuris et pertinenciis,per ubicumque eas potueritis inuenire.Et sunt sub signo Sancti Mametis de Ripa Minei.

Recepimus de uobis in precio CCC L solidos,precium quod nobis uobisque bene plecuit;et tam de precio quam de reberacione apud uos in debito pro dare nichil remansit.

Si igitur,ex parte nostra uel aliena,uobis calumpniare voluerit,sit maledictus et pectet uobis et uoci uestre C morabitinos et predictas hereditates et uoces in duplo.Et per nos et per omnia bona nostra debemus uobis et uoci uestre defendere et anparare in omne tenpore.

Facta carta sub era M.CC.LX.VIII. et quotum IIII kalendas septenbris.

Tenpore domni regnantis Alfonsi.Episcopi lucensis domno Michaelis.Comendatoris Pontis Minei Petrus Petri.

Subcomendatoris Petrus Domer.Maiordomi Nunio Nunii.Prelati Didaci Moego.

Qui presentes fuerunt:Fernandus Petri,prelati Sancti Johannis de Leyo,Petrus Johannis,presbiter,capellanus ejus,Alfonsus Ruderici,presbiter,Fernandus Nunii de Uilla Plana,Johannes Nunii,frater ejus,Petrus Petri de Pol,Martinus Fernandi de Pol,Petrus Martini,Didacus Sopas,omnibusque alii qui viderunt et audierunt.

Michael Fernandi,notarius de Parame et de Gundrame, notuit.

37

(1188-1230)

ALFONSO IX DONA A FERNANDO MUÑOZ EL REALENGO DE LEDO Y EL DE SAN VERISIMO.

B.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/23, traslado notarial de 2 de octubre de 1238, 220 x 180 mm. Minúscula diplomática

RET.SANCHEZ BELDA.Documentos reales,nº 631

Notum sit per hanc cartam tam presentibus quam futuris, quod ego, Adefonsus,Dei gratia,Legione rex, do et hereditario iure concedo,uobis Ferrando Muniz de Aluam illud meum realengum de Ledii,cum omnibus directuris et pertinenciis suis; et similiter quantum habeo uel habere debeo pro parte realengi in Sancto Veriximo.

Do uobis et firmiter concedo ut eas habeatis hereditates et totam uestram uoluntatem de illa faciatis in perpetuum,sicut de eo quod melius habetis et libenter possidetis.

Si quis igitur contra hoc meum uoluntarium factum uenire persumpserit et hanc meam donationis cartam infringere attemptauerit,iram Omnipotentis Dei habeat et regiam indignationem incurrat et per solo temerario ausu regie parti mille morabitinos persoluat et quod inuaserit duplo componat,carta nichilhominus in suo robore permanente.

58

1231-abril-27

LOS HERMANOS GIL Y JUAN CASTAÑO VENDEN A PELAYO MUÑUZ Y A FRUELA MUÑUZ SU HEREDAD DE CENAGUAR POR DOCE SUELDOS Y UNO DE ROBORACION.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/5, 265 x 120 mm. Minúscula diplomática.

Ego, Gilo Castano, et Johannes Castano,ambobus fratres, bone pacis et bone uoluntatis,tibi Pelagius Muniz et Froia Muniz,facimus uobis cartulam uendicionis de hereditate mea propria,quam habemus in uilla que dicitur Cinaguar.Uendimus et concedimus per ubi illam potueritis inuenire et dedi pro illa de precium XII solidos et I de roboratione.Et istum precium aput uos nichil remansit.

Si aliquis homo de mea parte aut de extranea contrariauerit hanc cartulam,pectet illam hereditatem dupplatam uel tripplatam,quomodo plus fuerit melioratam.

Qui factus est in era Mª CCª LXª VIIIIª,quotum V kalendas maii.Regnante rege Alfonso(1)Episcopus Martinus. Archypresbiter Petrus Martini.Meirino Fernandus Diaz.

Qui presentes fuerunt: Petrus Petri,tenente Ecclesia, ts. et cf. Martinus,ts. Johannes,ts. Pelagius,ts.

Rudericus qui notuit.

(1).-En el año de la fecha del documento reinaba ya Fernando III.

9

1231-abril-27

PELAYO GIADA CON OTROS PARIENTES VENDEN A PELAYO MUÑIZ UNA HEREDAD EN CENAGUAR POR SESENTA SUELDOS Y UN YANTAR POR ROBORACION.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/6, 150 x 120 mm. Minúscula diplomática.Tiene manchas de humedad y le ha sido arrancado un trozo en el borde inferior.

In Dei nomine. Ego, Pelagius Giada,una cum suprino meo Pelagio Martini et meo tio Johanne Castano et omnis uox mea tibi Pelagio (1) Muniz,bone pacis et bone uoluntatis,facimus cartam uendicionis de mea hereditate propria quam habemus in uilla que dicitur Cinaguar;media de una sexta de tota uilla uendo et concedo,cum montibus et cum fontibus et cum casas et cum exitus,per ubicumque illam potueritis inuenire.Et dedi pro illa de precium XXX solidos et pro omicidium de suo tio que finitur ibi et uno gantar pro roboratione.Et istum precium aput uos nichil remansit.

Si aliquis homo de mea parte aut \de/ extranea ad disrumpendum uenerit uel uenerimus hanc cartulam,pectet ipsam hereditatem dupplatam uel tripplatam,quomodo plus fuerit melioratam.

Qui factus est in era Mª CCª LXª VIIIIª,et quotum Vº idus kalendas maii.Regnante rege Fernandus.Episcopus M. Archypresbiter Petrus Martini. .....
tenente terram.

Qui presentes .....
.....

(1).Está raspada media línea.

1231-1244(1)

PEDRO ODOARIZ VENDE AL ABAD DE FERREIRA DE PALLARES VARIAS HEREDADES POR 160 SUELDOS,UN PANAL DE CERA,UN CANTARO DE MIEL ETC.

A.-MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1083/7,230 x 305 mm. Minúscula diplomática.Se halla en muy mal estado.Tiene grandes manchas de humedad y le faltan trozos en los bordes superior e inferior

In Dei nomine,amen. Sciant presentes et posteri quod ego Petrus Odari ..... vobis abbati Johanne Sancte Marie de Ferrarie et omni conuentui ..... . de illa hereditate quam habeo sub signo Sancti Uincentii de ..... tercia parte de illo casale que ibi ad me pertinet,per ubicumque ..... aruores,montes,fontes,exitus et regressus,canares usque ad ..... reta ..... .Accipio pro ea in roboratione CLX solidos et Iª panal de cera et Iª carriaria et Iª canttaro de mel.Precium que mihi et uobis placuit et in debito nihil remansit.Ita ut hodie die et tempore sit ipsa hereditas de meo iure abarra et in uestro iure sit data adque confirmata.

Si aliquis homo,de mea parte uel de extranea,contra hanc cartam ad irumpendum uenerit uel uenero,sit maledictus et excomunicatus et in inferno cum Iuda traditore dampnatus et pectet uoci regis C morabitinos et carta permaneat firma.

Facta carta in mense nouember,sub era Mª CCª LVIª.Regnante rege Fernando in Legione et Castella et Tolleto. Michale lucensi episcopo.Maiorino maiore Sancio Pelagii.Tenente Monte Roso Ruderico Gomez.Prestamario Munio Fernandi.

Ego Petrus Odari ista carta,quam fieri iussi,propria manu ..... roboro et hoc signum crucis facio.

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).P.Pelagii,clericus,cf.Sancius Petri,clericus,cf.Didacus Didaci,miles,cf.Fernandus Petri,cf.

(2ª columna).Petrus Stephani,frater,ts,cf. P.Ver mudi , ts,cf.P.Johannis ..... ,ts,cf.Johannes Petri ..... , ts,cf.Pellagius Petri .....ts,cf. .Fernandus Fram ..... ts,cf.).P.Jo(hannis,ts,cf). (Signum)

Michael notuit.

(1).-La fecha del documento es 1218-noviembre,pero está equivocada porque en esa fecha no gobiernan ni el rey Fernando ni el obispo Miguel.Las fechas límites nos las proporciona el abad don Juan Lozano que gobierna desde 1231 hasta 1244.

61

1231-agosto-15

FERNANDO RODRIGUEZ Y SU ESPOSA URRACA NUÑ Z DONAN AL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES UNA HERSDAD EN CRENDE PARA SER ENTERRADOS EN EL CENOBIO Y EL ABAD LES CONCEDE POR VIDA UN CASAL EN SAN MARTIN DE MEDA.

A.-MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/7,195 x 245 245 mm.Carta partida per a,b,c.Minúscula diplomática.

In Dei nomine,amen. Sciant presentes et posteri quod ego,Fernandus Roderici,et uxor mea,Orraca Nuni,libenti animo et sinceram uoluntatem,facimus pactum firmissimum ad monasterium Sancte Marie de Ferraria et ad abbatem J. Lauzani et conuentu ipsius monasterii,sub tali conditione: Quod sedeamus obedientes et filiglises ipsius monasterii, tam in uita quam in morte.Et modo damus ad ipsum monasterium Sancte Marie de Ferraria unam hereditatem que uocitant de Crendi,liberam et quitam,de nostris hereditatis qui in illam pertinent cum nostra hereditate ad ipsum casalem de Creendi pertinet.Nisi tantum quod debemus illam habere in tota nostra uita.Et post obitum nostrum remaneat ad monasterium sicut inueneritis populatum.Et sit sepultura amborum nostrorum in uestro monasterio.

Ego J. abbas Lauciani,cum autoritate et consilio ipsius capituli de monasterio Sancte Marie de Ferraria,damus uobis Fernando Ruderici et uxori uestre Oracha Nuni unum casalem de hereditate quam habemus sub signo Sancti Martini de Meda,que uocitant de Alberti,que teneatis uestra. Et post obitum uestrum remaneat ad monasterium Sancte Marie de Ferrarie liberum et quitum sicut inuenimus populatum.Ita de hodie die et tempore istum pactum concedimus, quod si aliquis homo,de nostra parte uel de uestra,contra istam professionem uenerit,sit maledictus et excomunicatus et in inferno cum Iuda traditore dampnatus,et pectet C morabitinos et scriptum permaneat firmum.

Facta carta in mense augusto,in die Sancte Marie,sub era MCCLXVIIII.Regnante rege Fernando in Legione et in

et in Castella.Lucensis episcopi Michaelis. Tenente Monte Roso R. Gumi.Maiorino regis R. Pelagii. Vicari de isto pacto:Donus Rudericus Fernandi et P. Nunit de Peraredo et don Berto et Sebastianus Petri de Bustelo.

Ego Fernandus Ruderici et uxor mea Orracha Nunii istam cartam roboramus et hoc signum crucis facimus.

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna). R. Fernandi de Intranbas Aquas,cf. P. Fernandi de Retorta,cf. J. Martini de Sancto Martino,cf.

(2ª columna). J. Pelagii,frater, ts,cf. P. Johannis, frater,ts,cf. P. Stephani,frater,ts,cf. J. Petri,frater, ts,cf. P. Uermuit,frater,ts,cf.

Michael qui notuit.(Signum)

1231-octubre-12

DISPOSICIONES QUE ADOPTA EL OBISPO DE LUGO DESPUES DE SU VISITA AL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/8; 230(170) x 230 mm. Minúscula diplomática.

Michael,Dei gratia,lucensis episcopus,omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino.

Vniuersitati uestre pro presencia scripta notum esse uolumus,quod cum nos ad monasterium de Ferreira omni uisitationis accederemus quia infirmariam et uestiariam et alias oueencias eiusdem monasterii ualde pauperes inuenimus et exyles.Tandem de beneplacito abbatis et conuentus eiusdem monasterii,statuimus et firmiter annuentes decreuimus,pro bono pacis et concordie,necnon eiusdem monasterii ordinis obseruancia,quod uestiaria habeat quiete et libere quatuor casalia:\Duo/in Sancto Iuliano et duo in Pausata,cum foris et directuris suis et CLXXX^{a} solidos de cauto.Item infirmaria habeat unum casale de Guntin cum quartis eiusdem ville. Item statuimus quod thesaurus habeat decimas de Lousadela et de Sancto Pelagio.Item monachi debent habere manuciones suas,unam in tempore Sancti Michaelis et aliam in tempore paschale,et in utraque debet eis prouidere abbas,per duos dies.Et infirmaria per alium diem debet eis prouidere.Item iantare de Villa Iusti monachi debent habere et abbas propose debet facere quod monachi illud percipiant in monasterio.Item uineam,que est in monasterio,laboret abbas per custam suam et det tertiam partem uini monachis.Item anniuersaria domne Therasie et domni regis debent habere monachi,exceptis XXX solidos quos debet habere abbas (1) per casam de Nigral.\Item/mandas,que obtinuerint monasterio, debent diuidere per medium.Item panem et pulmenta debent

(1).Tachado " item "

monachi (2)de cellario pro ut melius consueuerunt habere. Item uestiaria habeat linum de seruicialibus pro ut consueuit.Non tamen perclusimus monachis uiam quod quamcumque eiusdem monasterii (3) facultates subcreuerint quod eis de monasterii subdita cum se facultas obtulerit pinguius debant prouideri.

Datum apud Fargaos,sub era Mª CCª LXVIIIIª,et quotum IIIIº idus octobris.

Per manus J. Nuniz,domni Michaelis lucensis episcopi, notarii et subdiaconi.

Item adicimus quod si aliquis religionis habitum assumens in eodem monasterio aliqua secum detulerit mobilia, quod abbas medietatem percipiat et monachi medietatem.

(2).Borrado por expuntuación "debent".
(3).Tachado "dictas".

53

1231

ODOARIO PEREZ Y SUS HIJOS VENDEN A MARTIN FROILA Y A SU MUJER LAS HEREDADES QUE TENIAN EN QUINTANA Y ALAGIA POR CINCUENTA Y TRES SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares, 1084/9, 105 x 110 mm. Minúscula diplomática

In Dei nomine,amen. Notum sit omnibus hominibus tam presentis quam futuris,quod ego,Odarii Petri, et filiis meis et tota uoci mee,facio kartam uendicionis in perpetuum ualituram a tibi Martinus Froat et uxor tua,Maria Petri,de quanta hereditate habeo in Quintana et in Alagia: domus,hereditates incultas et non incultas,montes,fontes, arbores,pascuis,exitus et exitus,pro precium qui nobis et uobis conplacuit,L et tres solidos;et nichil aput uos remansit pro dare.

Et ego,Odarii Petri, et filiis meis istam kartam roboramus.

Et si quis igitur super hoc scriptu calumpniauerit, pectet uobis,uel uoci uestre pulsantibus,C solidos et hereditate in duplu.

Era Mª CCª LXª VIIIIª.Regnante regem Fernandi in Legione et in Castella.Rodericus Gomet tenente Monte Roso. Michaeli lucensi episcopo.Maiordomus Pelagius Roderici. Abas Johannes in Fereira.

Qui presentes fuerunt:Martinus Vermundi,ts.Johannes Petri,ts.Iacobi Petri,ts.Martinus Framirit,ts.Petro Framirit,cf.Johannes Sudari,cf.Johannes Martinit,cf.

Johannes qui notuit.

1232-agosto

FERNANDO RODRIGUEZ Y SU MUJER URRACA HACEN PACTO CON EL ABAD DE FERREIRA, JUAN LOZANO, Y CONUENTO DEL MISMO LUGAR DANDO A ESTE LA QUINTA PARTE DE LO QUE POSEIA EN SAN MARTIN DE MEDA Y LA TERCERA PARTE DE LA CORTINA DE ALBERTI, RECIBIENDO DEL ABAD EL CASAL DE ALBERTI POR SUS DIAS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero, Lugo, Ferreira de Pallares, 1084/10, 200 x 130 mm. Carta partida por a, b, c. Minúscula diplomática.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero, Lugo, Ferreira de Pallares, 1084/11, 200 x 130 mm. Carta partida por a, b, c. Es complemento de la anterior. Minúscula diplomática.

In Dei nomine, amen. Sciant presentes et posteri, quod ego, Fernandus Ruderici, et uxor mea Orraca Nuni, libenti animo et sinceram uoluntatem, facimus pactum firmissimum ad monasterium Sancte Marie de Ferraria et abbatem Johannem Lauzani et conuentui ipsius monasterii, sub tali conditione: Quod sedeamus obedientes et filigliges ipsius monaterii, tam in uita quam in morte. Et modo damus ad ipsum monasterium Sancte Marie de Ferraria, uidelicet: Quinta de quanto habebat pater meus et mater mea, sub signo Sancti Martini de Meda, liberam et quitam de nostris hereditariis qui in illam pertinent, cum quanta uoce ad illam hereditatem pertinet. Et damus et concedimus tertiam de cortina de Alberti, quam conparauimus, nisi tantum quod debemus illam habere in omne uita nostra, et post obitum nostrum, remaneat ad monasterium, sicut inueneritis populatam. Et sit sepultura amborum nostrorum in uestro monasterio.

Ego, Johannes abbas, cum autoritate et consilio ipsius capituli de monasterio Sancte Marie de Ferraria, damus uobis kasalem de Alberti, qui est sub signo Sancti Martini de Meda, quod teneatis illum in uita uestra et post obitum uestrum, remaneat Sancte Marie De Ferraria populatum, ita ut de hodie

die et pempore istum pactum concedimus.

Et si aliquis,tam de nostra parte uel de uestra,contra istam posessionem uenerit,sit maledictus et exconmunicatus et inferno cum Iuda traditore dampnatus et pectet C morabitinos parti monasterii et scriptum permaneat firmum.

Facta carta in mense augusto,sub era Mª CCª LXXª. Regnante rege Ferdinando in Legione et Castella.Michaele lucensi episcopo.Ruderico Gometii tenente Montem Rosum. Sancio Pelagii maiorino regie.Uicarti de isto pacto Ruderico Fernandi de Rodero,Petrus Nuni,miles de Peraredo, Berto Nuni,miles,Sancio Petri de Bustelo.

Ego Fernandus Ruderici et uxor mea Orraca Nuni hanc cartam roboramus,hoc signum crucis facimus.(Signum)

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).J.Martini Sancti Martini,ts.J. Pelagii, frater,ts. P. Johannis,frater,ts. P. Stephani,frater,ts. P. Uermudi,frater,ts.

(2ª columna). R. Fernandi de Entranbas Aquas,ts. P. Fernandi de Retorta,ts.

Michael qui notuit.(Signum)

65

1233-septiembre-25

MARIA NUÑEZ,CON EL CONSENTIMIENTO DE SU MARIDO,VENDE A FERNANDO RODRIGUEZ Y A SU ESPOSA SUS HEREDADES DE SAN MARTIN DE MEDA Y SAN PEDRO DE SOÑAR POR CINCUENTA SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares;1084/12, 120 x 270 mm. Minúscula diplomática.

(Christus).In Dei nomine.Ego,Maria Nunonis,cum assensu mei uiri,Nuno Guteri,nullo me cogente nec suadente,sed libenti animo, vobis Fernando Ruderici et vxori uestre Ocrace Nunonis,facio cartam uenditionis tocius mee hereditatis que habui ex auis meis,sub aula Sancti Martini de monte de Meta et sub aula Sancti Petri de Soniare.Uendo uobis et concedo quantum ibi habeo,extra ecclesias quod non uendo. Et accipio a uobis pro precio L solidos,monete regis.A modo de ea totas uestras uoluntates faciatis,meo dominio remoto et potestate.

Si quis autem heredum meorum uel alienorum hoc meum testamentum atemtauerit infirmare,duplatam uobis restituat et hoc scriptum inuiolatum permaneat.

Facta carta sub era Mª CCª LXXIª et quotum VIIº kalendas Octobris.Tempore domni Fernandi Legionis et Castelle regi.Michael lucensis episcopus.Maiorinus Rudericus Petri. Saon Johannes Pascali.

Ego Maria hanc cartam roboro et confirmo.

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Pelagius Odoarii,ts.Pelagius Pelagii,ts. Johannes Pelagii,ts.Fernandus Martini,ts.

(2ª columna).Lupus Petri,ts.Pelagius Fernandi,ts.Petrus Suerii,ts. Johannes Suerii,ts.Johannes Dominici,ts.

Michael notuit.(Signum)

1233-septiembre-28

PEDRO NUÑEZ Y SUS HERMANAS VENDEN A FERNANDO RODRIGUEZ Y A SU MUJER URRACA NUÑEZ SUS HEREDADES DE SAN MARTIN DE MEDA Y SAN PEDRO DE SOÑAR POR CIENTO CINCUENTA Y CINCO SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/13, 114(60) x 336 mm. Minúscula diplomática

(Christus).In Dei nomine. Ego, Petrus Nuni,cum sororibus meis, Eluira Nunit et Godina Nunit et Sancia Nunit,facimus cartam uendicionis,uobis Fernando Ruderici et uxori uestre Oracha Nunit,de omni nostra hereditate quam abemus uobiscum in Sancto Martino de Meda et in Sancto Petro de Sonar,ex parte auiorum nostrorum. Damus uobis ipsam hereditatem iam dictam et concedimus; et accepimus de uobis pro ea C Lª Vª solidos,de quibus nichil remansit. A modo faciatis de ea uestram uoluntatem uos et posteritas uestra post uos.

Si quis tamen contra uos uenire tentauerit,de parte nostra uel de extranea,pariat uobis uel uocci uestre quantus calumniatus fuerit in duplo et uoci regie CC solidos persoluat et hanc cartam,qua fieri mandamus,propris manibus roboramus. Damus eam quantum uobis conuenit,cum omni sua directura per ubi eam potueritis inuenire.

Facta cartam IIIIº kalendas obtrubris,in era Mª CCª Lª XXIª.Tempore regis Fernandi Legionis et Castelle. Michaelis lucensis episcopi.Ruderici Bacarii maiorini.

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Petrus Petri Sancti Michaelis,ts. Nunus Suarii,miles,ts.

(2ª columna).Garsias Pelagi Sancti Matei,presbiter,ts. Rudericus Munionis Sancti Felicis,ts.Johannes Johannis Sancti Saluatoris,presbiter,ts.

Petrus Petri Sancti Mametis qui not[illegible].(Signum)

57

1233-diciembre-6

JUAN RODRIGUEZ Y SU ESPOSA MARIA RODRIGUEZ DONAN POST MORTEM AL MONASTERIO DE FERREIRA SUS HEREDADES DE VILARALDAR,CANAL Y CAS DE TAURIS Y SU PARTE EN VARIAS IGLESIAS PARA SER ENTERRADOS EN EL CENOBIO;EL ABAD LES CONCEDE POR VIDA UN CASAL EN MOUGAN Y OTRO EN RAÑA.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/14, 255 x 260 mm.Carta partida per a,b,c.Minúscula diplomática.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/15, 255 x 260 mm.Carta partida per a,b,c.Es complemento de la anterior.Minúscula diplomática.

In Dei nomine,amen.Sciant presentes et posteri,quod ego, Johannes Ruderici et uxor mea,Maria Ruderici,libenti animo et sinceram uoluntate,facimus pactum firmissimum ad monasterium Sancte Marie de Ferraria et ad abbatem Johannem Lauxani et conuentui ipsius monasterii,sub tali conditioni:Quod sedeamus obedientes et filiglises ipsius monasterii,tam in uita quam in morte. Et modo damus ad ipsum monasterium Sancte Marie de Ferraria nostras hereditates nominatas:Vilar Aldar et Canal et in Cas de Tauris,sub signo Sancte Marie monasterii de Paliares;omnia uoce de illos casales,quod ibi ad nos pertinent, per ubi eas inuenire potueritis.Scilicet,casas,casales,terras, arbores,montes,fontes,exitus et regresus et molinos,usque ad minimam rem. Et quartam partem da Torre,cum sua uoce,omnia sua uox in Sancto Martino de Meta,in ecclesia et in leicalio, et in ecclesia Sancti Cipriani similiter,sua uox /in ecclesia Sancte Marie de Meta,sua uoce Sancti Petri de Mera,Sancti Michaelis de Bacurim similiter,et in Sancto Uincencio de Edral similiter,et in Sancto Iacobo de Lamallas similiter,omnia sua uoce Sancti Romani de Luco,omnia uoce sua in monasterio Sancti Antonini de Toca,in ecclesia Sancti Michaelis de Constanti similiter, in monasterio Sancti Facundi de Ripa Minei similiter,omnia sua uoce in ecclesia de monasterio Sismondi,in ecclesia de Uilaragunti similiter,omnia sua uoce,in uita sua, in Sancto Petro de Sonar et in ecclesia de Roboredo similiter, et in Sancta Maria monasterii de Paliaris omnia uoce de Ruderico Montisino

et domna Lupa et omnia sua uoce ecclesie de Martim. Et ipsas heredita\tes/ liberas et quitas de nostris hereditariis,sicut nos habemus hodie,nisi tantum quod debemus illas habere in tota nostra uita.

Et si mortuus fuerit Johannes Ruderici,ipsas hereditates habeat Maria Ruderici in sua uita.Et si ipsa Maria Ruderici mortua fuerit,totas ipsas hereditates nominatas habeat Johannes Ruderici in uita sua, a Canal et Cas de Tauris,cum omnia sua uoce,sicut illos dant,scilicet,Johannes Ruderici et Maria Ruderici;et Torre teneant cum sua uoce. Et teneant Ferraria de Mougam cum omnia sua uoce.Et medium de Rana cum sua uoce teneant in uita sua. Et post obitum nostrum remaneant ad monasterium. Et sit sepultura amborum nostrorum in uestro monasterio.

Ego Johannes abas cum autoritate et consilio ipsius capituli monasterii Sancte Marie de Ferrarie, damus uobis, Johanni Ruderici et uxori uestre Maria Ruderici,duos casales nominatos Ferraria de Mougam,cum omnia sua uoce sicut sta populatum, et medium de Rana,cum omnia sua uoce,quas habemus sub signo Sancte Marie de Mougam,quod teneatis in uita uestra, et post obitum uestrum remaneant ad monasterium Sancte Marie de Ferraria liberas et quitas cum tali populatione et cum quale uobis damus. Et quantam hereditatem comparrent Johannes Ruderici et Maria Ruderici in Mougam et in Vilar Aldar,remaneant semper cum alias hereditates ad monasterium Sancte Marie de Ferraria. Et modo nos, Johannes Ruderici et Maria Ruderici, quitamus omnia hereditate Sancti Martini de Meta et de omnibus ecclesiariis.Ita ut de hodie et tempore istum pactum concedimus.

Si quis de nostra parte uel de uestra contra istam profesionem uenerit,sit maledictus et excomunicatus et in inferno cum Iuda traditore dampnatus et pectet centum morabitinos.Et scriptum permaneat firmum.

Facta carta in mense decembris,in die Sancti Nicolai,sub era Mª CCª LXXª Iª.Regnante rege Fernando in Legione et in Gallecia et in Castella.Lucensi episcopo Michaeli.Tenente Monte Roso R. Gumit.Maiorino regis S. Pelagii.Tenente Paliares M. Fernandi et R. Fernandi et maiorino Michael Johannis.Vicarii de isto pactu: M. Fernandi et R. Fernandi et domna Terasia et

Berto Nuni.

Ego, Johannes Ruderici, et uxore mea, Maria Ruderici, istam cartam roboramus et hoc signum crucis facimus.

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna). R. Gundisalui,miles,ts. et cf. F. Suarit, miles de Lagias,ts. et cf. P. Ruderici de Quintanela,ts. et cf. M. Ordonii Sancti Romani,ts. et cf. M.Petri das Nugeras, ts. et cf.

(2ª columna). L. Ruderici de Zoli,ts. J. Suarit,miles,ts. O. Suarit,miles,ts. F. de Brina,miles,ts. P. Arias de Castilu, ts.

(3ª columna). Prior P. Uermundi,ts.et cf. P. Frater,Johannis,ts. et cf. P. Stephani,frater,ts. et cf. J. Pelagii,frater, ts. et cf. P. Johannis,frater,ts. et cf.

J.Petri qui notuit,ts. et cf.

38

1233

MARIA IBAÑEZ VENDE A PEDRO FERNANDEZ UNA HEREDAD QUE POSEIA EN TRANSLAES POR CIEN SUELDOS.

A. -MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/16, 90 x 230 mm. Minúscula diplomática

In Dei nomine,amen. Ego Maria Johannis,cum filiis meis, P. Johannis,Fernando Johannis, Johanne Johannis et Marina Johannis, in presencia germani mei. P. Johannis et eius beneplacito et uoluntate,tibi Petro Fernandi,facio cartam uenditionis et firmitudinis de tota mea hereditate quam habeo in Translaes: in monte,in fonte, cum intrantibus et exitibus suis.quomodo illam inuenire potueris,quantum ad uocem meam pertinet in ipso loco. Do tibi ipsam hereditatem pro C solidos in precio et in robora,quorum tamen mihi et tibi bene complacuit et precium totum mihi persoluisti. Habeas tu ipsam hereditatem et omnis posteritas tua,iure hereditario in perpetuum.

Si autem aliquis homo,tam ex parte mea quam extranea, uenerit qui hanc meam uenditionem irrumpere uel contradicere uoluerit,uel aliquid de ipsa hereditate calumniauerit,tu habeas eam semper auctorizatam per meum casale quem habeo in Teidi et sis per eum integratus.

Facta carta uenditionis sub era Mª CCª LªXX Iª.Regnante rege Fernando in Castella,Toleto,Legione et Galletia. Episcopo in Tuda domno Stephano.Tenente terram (1) de Lourina domno Fernando Johannis.

Petrus,ts. Johannes,ts. Pelagius,ts.

Henricus,monachus de Oya,qui notauit.(Signum)

(1).Tachado "dom".

69

1237-abril-28

EL ABAD DE FERREIRA, JUAN, ARRIENDA A FERNANDO PEREZ DE BOLANIO LAS HEREDADES DE SAN MARTIN DE CASTRO Y SANTIAGO DE FERROY POR VIDA.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero, Lugo, Ferreira de Pallares, 1084/17, 140 x 330 mm. Carta partida por a, b, c. Minúscula diplomática. Tiene el borde lateral derecho lleno de humedad.

Sciant presentes et fucturi quod ego, abas Johannes de monesterio de Ferrarie, cum toto suo conuento in simpla, uobis Fernando Petri de Boliano, damus et concedimus quantam hereditatem abemus in Sancto Martini Castri, cum omnibus suis directuris, et uno casale in Pricipi cum omnibus suis directuris, et alio casale in Miniano, cum omnibus suis directuris, et de termino Sancti Iacobi de Ferroy usque ad Sanctum Mametum quantam hereditatem ibi potueritis inuenire, pro in uita sua, et post mortem suam in monesterio Ferrarie remaneat liure et quita et populata; et post mortem de <Froila> Ruderico de Sancto Martino debent presentare clericum de ipso minismo monesterio abas et conuentum ad uos domno Fernando Petri ..... seruitium qual nos et uos potuerimus uidere quod potest facere; et uos, domno Fernando Petri, datis cada anno ad nos pro renda una teega de cebaria, IV solidos et ista renda fideiusore Froila Ruderici, clerigo de ipsa minisma eclesie.

Fauc̃ta carta in tempore domni Fernandi regis Legionis adque Castelle. Et lucensis episcopus Michaelis. Et tenentem Montem Rosum Rudericus Gomiz. Mecrinum Sancius Pelagii. Prestamarius de Paliaris domno Munio Fernandi et domno Rudericus Fernandi.

Qui presentes fuerunt: Domno Munio Fernandi et domno Rudericus Fernandi, fratres, ts. Rudericus Gundisaluis de Paradela, ts. Petrus Johannis de Sarci, ts. Petrus Johannis, priori, ts. Petrus Stephani, ts. Petrus Johannis, ts. Fernandus Fremiri,

ts.Petrus Petri,monachi,ts. Johannes Petri,ts.et cf. Et alii plures qui audierunt et uiderunt.

Johannes Ruderici qui notuit.

Era Mª CCª LXXV et quotum IIIIº kalendas mai.

70

1237-septiembre-18

AVENENCIA ENTRE EL COMENDADOR DE BARBANTIÑOS Y EL ABAD DE SANTA CRUZ.

B.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,copia notarial de 24 de febrero de 1282;1084/18, 190 x 350 mm. Minúscula diplomática currens.Ilegible en el centro.

Hoc est testamentum fideliter sumptum de quadam sentencia per alfabetum diuisa,cuius tenor talis est.

In Christi nomine. Sit notum cunctis pro controuersia uertebatur inter Poncium de Uoltrera,conmendatorem Barbanni agentem,ex una parte, et fratrem Albertum,cellarium mayorem Sanctarum Crucum,ex altera,defendentem.

Petebat dictus conmendator sibi et domui Barbanni dari in perpetuum X quartias censuales ordei a dicto cellario et monasterio Sanctarum Crucum,quas domna Guillelma de Monte Catano reliquit in suo testamento domui milicie Barbanni ,super molendinis Castri de Podio Tiyos,quod ipsi habent et possident.Item petebat dictus conmendator sibi dari XXX quartias ordei ratione trium annorum,quibus dictus cellarius et dictum monasterium possideant castrum et molendina predicti Castri.Que omnia predictus cellarius confitebatur sed dicebat dictus cellarius quod non tenebatur ei dare illas XXX quartias neque aliquid de X quousque dictus conmendator satisffecesset ei et monasterio Sanctarum Crucum pro rata I mille et septingentis L solidos,quos dictus cellarius soluit a modo de pratis,que dictum Castrum et molendina a domna Guillelma de Montecatano habuerat obligata et ab eo predictum pignus luit per predictis denarys et in quinque milibus solidos quos expendit per tam quam habuit cum manumissoribus Guillelma de Montecatano que ei nec monasterio predicto dictum Castrum neque molendina tradere uolebant sicut Guillelmus de Montecatano dicto Monasterio in suo leguauerat testamento. Ad quod dictus conmendator respondit quod de predictis

MDCCL solidos non tenetur aliquid dicto cellario dare,cum Guillelmus de Montecatano uel heredes sui debuissent dictum Castrum et molendina luisse a dicto creditore neque de V milibus solidis predictis,cum non per suo iure,quod ipse et domus Barbanni in predictis molendinis et in X quartys censualibus habent litigassent sed ex sentencia eis manumissores Guillelmi de Montecatano predictum Castrum secumdum quod ipsi petebant tradere nolebant et conuerso petebat dictus callarius quod dictus conmendator et domus Barbanni ni debebant detinere quandam cautionem quam habebant aput Uillamgrassam per monasterio Sanctarum Crucum,cum Castrum Uillegrasse esset alodium Sanctarum Crucum. Ad quod dictus conmendator respondit quod non debent ipse nec domus Barbanni predictam caualleriam per monaterio Sanctarum Crucum detinere,cum ipse et Poncius de Monte Pauente,predecessor suus,eam semper per francho alodio habuerunt,quod negauit dictus cellarius, iniunctum fuit dicto conmendatori ..... hoc suam fundaret intencionem,ad quam fundandam nichil induxit.

Tandem ambe partes super omnibus premissis compromiserunt sub pena XX aureorum hinc inde per stipulationem promissa stare ..... Guillelmi de Termenes.

Nos igitur,Guillelmus de Termenes,uisis et auditis rationibus et allegationibus utriusque partis,sentenciando sub predicta pena,dicimus quod predictus cellarius et monasterium Sanctarum Crucum dent in perpetuum ..... censuales dicto conmendatori et domui Barbanni ,secumdum quod in testamento Guillelme de Montecatano continetur. Item sentenciando dicimus quod dictus cellarius soluat dicto conmendatori predictis XXX quartias ..... bus annis quibus detinuerant predictum Castrum et molendina et fructum perceperunt.Hoc tamen addito,quod dictus conmendator soluat pro rata dicto cellario \de illis/ MDCCL solidos quibus ipse dictum Castrum et molendina ..... a modo pratis uel predictus cellarius possit ex predictis XXX quartiis usque ad concurrentem quantitatem retinere et proporcionali petitione V milium solidorum dictum conmendatorem reddimus

absolutum.Item sentenciando sub XXX ..... dicta,dicimus quod dictus conmendator et domus Barbanni detineant predictam caualleriam pro abbate et monasterio Sanctarum Crucum in perpetuum,cum abbas Sanctarum Crucum et dictum monasterium habeant et possideant ..... Uillagrassa et uillam cum hominibus et terminis pro francho alodio et predecessores sui semper habuerunt et tenuerunt et possiderunt.

Lata arbitrio XIIIIº kalendas octobris,anno Domini Mº CCº XXXº VIIº.

Ego Guillelmus de Termenes meum (Signum) impono.

Ego Benedictus Marcialis,diaconus,hoc scripsi precepto Guillelmi de Termenes et hoc (Signum) feci.

(Signum). Fratris R. Safranqua,notarius publici monasterii Sanctarum Crucum,que hoc traslatum fideliter scripsit mandato dompni Petri abbatis et auctoritate domni regis.

VI kalendas marcii,anno Domini Mº CCCº XXº cum litteris supra positis in XVI linea nihil dicitur de illis.

71

1238-febrero-7

PEDRO PELAEZ VENDE A PEDRO LOPEZ Y A SU MUJER MARINA PEREZ Y A OTROS SU HEREDAD DE PRADEDA POR SIETE SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/19, 180 x 120 mm. Minúscula diplomática.Tiene manchas de humedad que dificultan su lectura.

(Christus). Sub Christi nomine.Ego Petrus Pelagii,vobis Petro Lupi et Marine Petri,uxori uestre,Petro Cortes, clerico,Johanni Ruderici et Sancie Pelagii,uxori uestre, libenti animo,facio cartam uendicionis totius hereditatis mee,quam habeo et habere debeo in Prataneta,in casali de Fonte et in casali de Septima,uocatis,cum omnibus pertinenciis et directuris suis,discurrentibus ad ecclesiam Sancte Eolalie de Prataneta. Et accipio a uobis pro ea VII solidos legionenses.A modo faciatis de ea uestram propriam uoluntatem,dominio meo remoto et potestate.

Factum est hoc era Mª CCª LXXXIª et quotum VIIº idus februarii. Tempore regis domni Ferdinandi.Episcopi lucensis domni Michaelis.Maiordomi Dominici Johannis.

Ego, predictus Petrus Pelagii, roboro et confirmo.(Signum).

Qui presentes fuerunt: Johannes Pelagii,clericus de Quinta,ts.Martinus Framiriz,ts. Petrus,monachus,presbiter,ts. Petrus Alfonsi,ts.Gundisaluus Gundisalui de Luco,ts.

Fernandus Pelagii,uicenotarius lucensis,notuit.

72

1238-abril-17

PEDRO SEBASTIAN Y SU HERMANA MARINA VENDEN A FERNANDO RODRIGUEZ Y A SU MUJER URRACA LA HEREDAD QUE TENIAN EN VILLAFIZ.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/20, 120 x 300 mm. Minúscula diplomática

In Dei nomine. Ego, Petrus Sabastiani, cum sorore mea, Marina Sabastiani,facimus cartam uendicionis de omni nostra hereditate quam habèmus uel habere debemus ex parte aue nostre done Eio,in uilla Felici,sub signo Sancte Marie, vobis domno Fernando Ruderici et uxori uestre Urache Nunonis.Et accepimus de uobis pro illa precium quod nobis et uobis placuit.Scilicet nos unam quadram centeni et pater noster cum matre sua iam dicta re[illegible]erant iam duas uacas et XVI solidos de quibus nichil remansit.Ita de iuri nostri remota,uestro dominio sit tradita et confirmata et de illa uestram uoluntatem faciatis per ubicumque potueritis ipsum inuenire,cum omni sua directure.

Si quis tamen de parte nostra contra uos ad irrumpendum uenerit,pariat uobis uel uoci uestre,quot calumpniatus fuerit in duplo,et factum nostrum firmum permaneat.

Facta carta sub era Mª CCª LXXª VIª et quotum XVº kalendas maii.Tempore regis domni Fernandi.Michaelis lucensis episcopi.Domni Ramiri cum fratre suo domno Ruderico Froile tenentibus Sarriam.Fernandi Suerii prestamarii.Sagionis Pelagii Garssie,militis.

Qui presentes fuerunt:Michael Petri de Beanze,presbiter,ts.Rudericus Johannis,ecclesie ipsius prelatus,ts. Petrus Februarius,ibidem ts.Johannes Martini,ts.Compater presbiter,ts.

Et Petrus Petri in cuius manus istam cartam roboramus per quem Dominicus Johannis notuit.

73

1238-septiembre-13

GUDINA FROILE Y DOMINGA FROILE VENDEN A NUNO PEREZ SUS HEREDADES DE VILA DE MOUROS Y JUVIN POR SESENTA SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/21, 55 x 200 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Ego Gudina Froile,et Dominica Froile, vobis Nuno Petri et uxori tue Marine Froile,facimus cartam uendicionis totius nostre hereditatis que habui ex auis nostris,sub aula Sancte Marie de Feron,in Uilla Mauris, et sub aula Sancte Marie de monasterio de Palaris, in Iuuim,et est in casale que uocant Odosinda Uermudi. Uendimus uobis et concedimus et accepimus in precium XL solidos,monete regis.Habeatis eam uos et posteritas uestra post uos,nostro dominio remoto,et in iure uestro tradita atque confirmata.

Facta sub era Mª CCª LXXVI et quotum idus septembris. Fernandus rex.Michael lucensis episcopus.Ricome Ruderícus Gomesci.Tenente Palaris Munio Fernandiz et Ruderícus Ferdz Maiorinus Michael Johannis.Saon Petrus Baluga.

Ego, Gudina Froile et Dominica Froile, hanc cartam roboramus et confirmamus.

Qui presentes fuerunt: Petrus Michaelis,presbiter,ts. Nuno Nunonis,ts. Munio Petri,ts. Rudericus Petri de Quintanela,ts. Dominicus Johannis,ts.

Johannes Caluo,presbiter, precepit nobis et Michael Sanchiz notuit.

1238-septiembre-13

JUAN MARTINEZ VENDE A MUNIO PEREZ UNA HEREDAD EN SANTA MARIA DE FERROY POR 22 SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/22, 90 x 85 mm. Minúscula diplomática. En el borde lateral le faltan varios trozos.

(Christus).In nomine Domine. Ego, Johannes Martini.et ..... Marine Froile et vobis Munio Petri .... laris,sub aula Sancte Marie de Feron in Ui .... mus et accepimus in precium XXII solidos et dimid ..... nes et Dominici Johannis et Vidali et Ocrace Mar ..... autem heredum uestrorum uel alienorum hec vestrum ..... era Mª CCª XXª VIª et quotum idus septembri ..... chael Johannis.Saon Petrus Baluga.

Ego, Nuno ..... carta roboramus et confirmamus.

Qui presentes ..... Pelagius Garsie est debitor in parandi cum ista ue .....

75

1238-octubre-2

FERNANDO III CONFIRMA A FERNANDO MUÑIZ LA DONACION DEL REALENGO DE LEDO Y DEL DE SAN VERISIMO HECHA POR SU PADRE AL CITADO MAGNATE.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/23, 220 x 180 mm. Minúscula diplomática.Conserva dos agujeros romboidales de los que pendería el sello.

REG. SANCHEZ BELDA.Documentos reales,nº 708

Ferrandus,Dei gratia,rex Castelle et Toleti,Legione, Galletie et Corduba,omnibus hominibus regni sui anc cartam uidentibus,salutem et gratiam.

Sapiatis quod ego inueni cartam patris mei,Adefonsi, regis Legione,conditam in hunc modum:

(Incluye la donación otorgada por Alfonso IX.(1188-1230).

Et ego supradictus rex Ferrandus hanc cartam et hunc factum et hanc donationem approbo et roboro et confirmo.

Facta carta apud Vallisoletum,rege exprimente II die octobris,era Mª CCª LXXª sexta.

76

1239-marzo-20

EL ABAD DE FERREIRA CEDE AL PRIOR DE VILAR DE DONAS UNAS TIERRAS EN DORRA,SOLENGAS Y BARVALDO Y RECIBE EN CAMBIO OTRAS PERTENECIENTES AL PRIOR EN SAN PEDRO DE RECELLE.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/1, 270 x 78 mm.Plica de 20 mm.Carta partida per a,b,c. Minúscula diplomática.Conserva las cintas de que penderían los sellos.

Notum sit tam presentibus quam futuris qua perpetuum, ego,Johannes,dictus abbas Sancte Marie de Ferraria,cum unanimitate totius conuentus predicti monasterii,facio tecum, prior Dominici Odoarii Uilaris Domnarum,per mandatum domni Munionis Fernandi et domni Ruderici Fernandi et domne Teresie et cum conuentu predicti monasterii Uilaris Domnarum,concambiam hereditatum nostrarum et uestrarum.Uidelicet,ego suprainscriptus abbas et supradictus conuentus concambiamus tecum,iam dicte prior et cum conuentu predicti monasterii Uilaris Domnarum,hereditates quas habemus in Dorra.Uidelicet,damus uobis atque perhenniter concedimus totam hereditatem quam habemus cum suis pertinentiis in Solengas et cum omni quod ad prestandum est hominis in prefata hereditate.Similiter damus uobis sepedictis totam hereditatem quam habemus et iure debemus habere in Barualdo,cum totis suis pertinentiis.Et pro istis hereditatibus quas uobis damus,recepimus de uobis suprainscriptis uestrum casale quod habetis in Sancto Petro de Recelle,in loco predicto ubi dicitur Ripas.Ita de uobis predictum casale recepimus cum suis pertinentiis et cum arboribus et cum omni quod est ad prestandum in eodem hereditate.Et hec concambia debet utriusque partis semper esse perhennis.

Si quis autem,ex parte nostra uel uestra,hoc placitum

uoluntarium fregerimus uel fregeritis,alteri parti C morabitinos persoluat et a summo Domino confundatur.

Facto placito concambitionis sub era Mª CCª LXXVIIª et cuotum XIII kalendas aprilis.Regnante rege Fernando Castella et Legione.Lucensi episcopo Michaele.Tenente in Monte Roso Ruderico Gomecii.Meyrino maiori in tota Gallecia domni regis domno Munione Fernandi.

Ego,supradictus abbas, cum consensu et assensu tocius capituli monachorum et omnium aliorum fratrum.

Ego, suprainscriptus prior,una cum consensu et assensu tocius capituli fratrum clericorum et laicorum Uilaris Domnarum.

Hoc placitum manibus nostris roboramus et sigillis nostris iubemus sigillari.(Signum)

Qui presentes fuerunt:Domnus Munio Fernandi,ts.Domnus domnus Rudericus Fernandi,ts.Domna Theresia,ts.Prior de Ferraria,cf.Domnus Petrus Johannis,prior et monachus,cf. Johannes,dictus Infans,presbiter et monachus,cf.Domnus Fernandus Petri,frater spatarius et subprior,cf.Domnus Suerius Pelagii,frater presbiter,cf.Et conuentus utriusque monasterii,cf.

77

1239-julio

DOMINGA Y GONTINA FROILAZ VENDEN A NUÑO PEREZ Y A SU ESPOSA MARINA FROILAZ,HERMANA DE LAS ANTERIORES,LA PARTE QUE LES CORRESPONDIA EN VILA DE MOUROS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/2, 190 x 115 mm. Manúscula diplomática.

In Dei nomine.Ego,Dominica Froyle,et Gotina Floyle,similiter ambas irmaas de Marina Froyle et omnis uox nostra, vobis,Nunus Petri,et vxore uestra,Marina Froyle,nostra irmaa et omnis uox nostra,facimus cartam uendicionis in perpetuum ualituram de quantam hereditatem et uocem habemus uel habere debemus,ex parte patre nostro,in uillas nominatas:In Uilla de Mouros et in Iouim,in casale de Pelagius Ueremundi et in casale de Froyle Monionis,sub signo Sancte Marie de Feron et sub signo Sancte Marie de monasterio de Paliares.Et damus montes,fontes,arbores,terras cultas et non cultas,pascuis,riuulis,exitibus et regressibus et quantum est ad prestandum hominis.Et recepimus de uobis in precium XV solidos;precium quod nobis et uobis bene complacuit.Et apud uos,in debito,nichil remansit.

Si quis igitur homo,de parte nostra uel de extranea, uos super eam calumpniare presumpserit,pectet uos uel qui uoci pulsantibus XXX solidos et hereditatem in triplo.

Facta carta mense julii.Era Mª CCª LXXVIIª.Regnante rege Fernando in Legione et in Castella.Michaeli lucensi episcopo.Rudericus Gomes tenente Monte Roso et Monte Nigro. Prestameros in Paliares don Monionis Fernandi et Rodericus Fernandi.Maiordomos Ouecus Petri et Johannes Ordonii.

Petrus Baluga,Fura ouo.Johanne Caluo,ts.Petrus Michaelis,capellano,ts.Monionis Petri,ts.Dominicus Johannis,ts. Nunus Nunici,ts.J.Dominici,ts.Rudericus Petri,ts.Martinus Gonterici,ts.

Petrus qui notuit.

78

1239-octubre-1

PACTO ENTRE MARIA NUÑEZ Y PEDRO ODOARIZ

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/3,
66 x 155 mm. Minúscula diplomática.

Era Mª CCª LXXVIIª et quotum kalendas ouctonas.Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris,quod Maria Nunonis tale pactum facio cum Petro Odoarii.

Do illi meam hereditatem in uita meam,quod det mihi uictum et uestitum, et post mortem meam habeat illi medietatem de fructu et ego aliam medietatem et meos caḅos quomodo habeo et illo habeat laborem de suis bouibus.Et Petrus Odoarii debet stare ad mandatum mei uicarii S.J.Nunonis, presbiter et Dominici [illegible]ii.

Et si non compleuero mandatum L solidos amitere debeo et hoc est in uita mei.

Quorum nomina fuerunt ibi:Petrus de Lemos,ts.Fernandus Johannis,ts.Gunsaluus Petri,ts.Pelagius Michaelis,ts. Martinus Petri.

Fernandus Pelagii,notarius lucensis,transcripsit.

79

1240-febrero-22

SUERO DIAZ,COMENDADOR DE LA ORDEN DE SANTIAGO EN LOYO, VENDE A JUAN IBAÑEZ Y A SU ESPOSA SANCHA RODRIGUEZ LAS HEREDADES QUE LA ORDEN TENIA EN LA FELIGRESIA DE SAN SALVADOR DE AVIANCOS POR MIL DOSCIENTOS SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/4, 115 x 284 mm. Minúscula diplomática.

(Christus).Sub Dei Omnipotentis nomine.Ego,frater Suerius Diaz,comendator de Loyo,de mandato et auctoritate fratris, domne Fernandi Melendiz,comendatoris maioris Ordinis Milicie Beati Iacobi in regno Legionis,vobis.domno Johanni Johannis,dicto Marino,et domne Sancie Ruderici,uxori uestre,libenti animo,nullo cogente uel suadente,facio cartam uenditionis totius hereditatis quam Ordo Milicie Beati Iacobi siue de Spata habet et habere debet in tota filigrigia Sancti Saluatoris de Auiancos;uidelicet,in Guilar et in Silua et in totis locis aliis in ipsa filigrigia Sancti Saluatoris et in totis terminis eius,cum totis pertinenciis et directuris suis.Et accipio a uobis pro ea mille et CC^{tos} solidos legionenses.A modo faciatis de ea uestram propriam uoluntatem et uox uestra post uos,predicti Ordinis,dominio remoto et potestate.

Si uero aliquis contra hoc uenerit uel uenerimus,quod calumpniatus fuerit uobis,duplicatum restituat et hoc scriptum firmum inuiolatumque permaneat.

Factum est era M^{a} CC^{a} LXXVIII^{a} et quotum VIII kalendas marcii.Tempore regis domni Fernandi.Episcopi lucensis domni Michaelis.

Ego,predictus frater Suerius Diaz,comendator de Loyo, nomine predicte Ordinis de Spata,roboro et confirmo.(Signum)

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Domnus Michaelis lucensis episcopus,ts. Archidiaconus M. Ruderici,ts.Johannes Uermudi,iudex lucensis,ts.

(2ª columna).Domnus Arias Petri de Parrega,ts.Magister Petrus,domni episcopi capellanus,ts.Johannes Nuniz, canonicus,ts.

Fernandus Pelagii,notarius lucensis,notuit.(Signum)

80

1240-junio

DOÑA TERESA ALFONSIZ VENDE A DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO UNA HEREDAD EN CAS SENDIN POR CIENTO CINCUENTA SUELDOS Y DOS MODIOS DE PAN.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/5, 160 x 163 mm. Minúscula diplomática.

Omnibus sit notum,presentibus et futuris,quod ego, dompna Terasia Alfonsi,mulier que fuit de dompno Petro Odarii,et filii mei et filie mee nominati,scilicet:Godofreus Petri,Arias Petri,Maior Petri,Sancia Petri et omnis uox nostra,vobis dompno Munioni Fernandi de Rodero omnique uoci uestre, facimus cartam uenditionis in perpetuum ualituram,scilicet,de quanta (1) hereditate et uocem habemus in Cas Sendim:Terras,montes,fontes,quantum est ad prestandum hominis,sub signum Sancti Uincenti de Mourili.Hanc hereditatem et uocem uendimus uobis et concedimus cum omnibus suis directuris et pertinenciis.Recepimus a uobis im precio CL solidos et II modios panis;precium quod nobis uobisque complacuit et tam de precio quam de robore aput uos, in debito,nihil remansit.

Si quis igitur uos super hanc calumpniare persumpserit,pectet uobis et uoce in triplo,carta nichilominus in suo robore duratura.

Facta carta sub era Mª CCª LXXVIIIª,mense iunii.Regnante rege Fernando in Legione et in Castelle.Michaeli lucensi episcopo.Rudericus Gomitii tenente Montem Rosum. M. Fernandi prestamario.Dompno Aria,fratre Ferraria,tenente Mourili.

Qui presentes fuerunt:Johannes Gil,miles,ts.F.Lupi de Lamas,miles,ts.P.Calcudas,miles,ts.P.Munionis,miles,ts. Valasco Petri,scudero,ts.Sancius Petri,ts.J.Petri,clericus, ts.Dompnus Arias,frater Ferrarie,ts.Multi uiderunt et audierunt,ts. et cf.

J. notuit.

(1).-Repetido "de quanta".

31

1240-septiembre-

CONCORDIA ENTRE DOÑA CONSTANZA MARTINEZ,PRIMERA ESPOSA DE DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO,Y SU HERMANO DON PEDRO MARTINEZ.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/10, 200 x 322 mm.Minúscula diplomática.

Era Mª CCª LXXª VIII,mense setembris.Notum sit tam presentibus quam futuris,quod domna Costancia facio pactum cum fratre meo,Petro Martini,de dotis quas postulabat, ex parte matris mee,in bona de domno Martino Fernandi.

Vnum,de iam dictis dotis quito eas ei pro duobus casalibus,tali conditione: u frater meus,Petrus Martini, recipiat mea omnia bona de domno Johanni Fernandi,patrie sui,et diuidemus per medium inter nos quantum habuerimus ex parte domni Martini Fernandi et domni Johanni Fernandi,exceptis iam dictis duobus casalibus.

Si quis igitur,ex parte nostra aut de extranea,contra hoc nostrum uoluntarium uenerit uel uenerimus,pectet parti contra dicte D morabitinos,regio fisquo planarie cogatur et carta nichilominus in suo robore permanente.

Ego domna Costancia una cum fratre meo,Petro Martini,hanc cartam qua ..... fieri confirmamus et roboramus.

Regnante rege Fernando Castelle et Toleto,Legione, Corduba.Michaele episcopo in lucensi sede.Roderico Gomecii tenente Monterosso.Johanne compostellano.

Qui presentes fuerunt:Rudericus Fernandi.Domnus Johannes Egidii.Johannes Ordonii.Johannes Fernandi.Petrus Fernandi.Fernandus Suerii.Petrus Fernandi.Ouecus Petri.Garsias Alfonsi.Laurencius Guterii et Petrus Guterii,ts.Et alii multi qui uiderunt et audierunt.

Matheus Pelagii qui notuit et est testis.

82

1241-febre·o-14

MARIA FROLAZ VENDE A LOS MONJES DE FERREIRA DE PALLARES UNA HEREDAD EN VILAMERELLE POR SIETE SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/6, 165 x 100 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quod ego,Maria Frolat,una cum filiis meis,uobis fratribus de Ferraria,facimus carta uendicionis de hereditate nostra quam habemus et habere debemus ex parte auiorum nostrorum.Et est ipsa hereditas in Uilla Merelli,in casale que uocatur de Odario Gusendi,discurrente ad ecclesiam Sancti Uincencii.Et accipimus de uobis in precio VII solidos legionensis;precium quod nobis et uobis satis placvit.Vt tam uos quam uestra posteritas habeatis et posideatis et exa in uita et ad mortem quodcumque uolueritis,faciatis.

Si quis tamen,quod fieri non credo,de mea parte uel de extranea,contra hoc factum nostrum ad infrumpendum uenerit,quicquid sub calumpnia miserit uobis,duplatum reddere non posponat et pro ausu temeritatis regie uoci LX solidos persoluat et hoc scriptum plenam habeat firmitatem.

Facta carta uendicionis sub era Mª CCª LXXVª IIIIª et quotum XVI kalendas marcii.Regnante rege Fernando in Gallecia et in Castella et in Legione.Michaeli lucensi episcopo.Rudericus Gomet tenente Montem Rosum.Abbas Johannes Dominici in Ferraria.Maiordomo de cauto Lubeti.

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Petrus Pasqual,ts.Johannes Lourayą,ts. Johannes Suerii,ts.Johannes Thomas,ts. et cf.

(2ª columna).Pelagius Johannis,prior,ts.Petrus Stephani,monachus,ts.Monius Petri,monachus,ts.Munius Dominici, monachus,ts.

Johannes notuit,ts. et cf.

95

1241-mayo

JUAN MARTINEZ DE SANTA EULALIA DONA AL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES UN QUIÑON EN LA IGLESIA DE SANTA EULALIS DE PRADEDA.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/7, 85 x 124 mm. Minúscula diplomática.

Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris, quod ego,Johannes Martini de Sancta Eolalia,do et concedo Sancte Marie de Ferraria,pro remedio anime mee et patris et matris mee et parentum meorum,I quinonem quod habebat Fernandus Uermudi in ecclesia Sancte Eolalie de Pradeeda, quod comparauit et gaanauit pater meus et mater mea de ipso Fernando Uermudi.Hoc facto uobis et concedo bono animo et spontanea uoluntate im perpetuum pro multum profectum quod mihi fecistis;et nullus homo sit ausus contradicere.

Facta carta sub era Mª CCª LXXª VIIIIª,mense maii. Regnante rege Fernando in Legione et in Castella.Michaeli lucensi episcopo.Roderico Gometii tenente Montem Rosum. Johanne Louzao abbate Ferrarie.Pelagius Johannis priore.

Qui presentes fuerunt:Totus cappitulus Ferrarie,ts. et cf.Rodericus Sebastiani,ts.Pelagius Froyle,ts.Rodericus Crimenti,presbiter,ts.Multi uiderunt et audierunt,ts. et cf.

Johannes notuit.(Signum)

Et concedo ego,Johannes Martini,amparare cum hoc per ea bona mea ad istum monasterium.

64

1241-junio-19

PACTO ENTRE DON JUAN,ABAD DE FERREIRA DE PALLARES,Y LOS HIJOS Y NIETOS DE RODRIGO RODRIGUEZ,SOBRE LA IGLESIA DE SANTA EULALIA DE PRADEDA.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/8, 125 x 155 mm.Carta partida per a,b,c.Minúscula diplomática.

Era Mª CCª LXXª VIIIIª et quotum XIIIº kalendas iulii. In Dei nomine.Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris,quod ego,Johannes,abbas de Ferraria,simul cum conuentus nostrum,ex una parte,et ex altera filii et netos de Ruderico Ruderici de Pradaneda,et pro omnibus partibus suis,facimus pactum et placitum in terminos firmissimum de medietate de ipsius ecclesie Sancte Eolalie de Prataneta.

Nos, fratres de Ferraria, inuenimus per nostras cartas et per iuris hereditario que nos debemus diuidere istam medietatem per medium cum filiis et netos et cum omnibus partibus iam supra dictis.

Et nos,omnibus partibus,ita concedimus.Scilicet,ego, Petrus Lupi,dictus Spora,simul cum iermana mea,Eluira Muni, et ego,Fernandus Odoarii,et ego,Garcia Ruderici,miles,et nos concedimus uobis,fratribus de Ferraria,semper defendere cum istam particionem pro nobis et pro omnibus partibus nostris, per quantum habemus/ anparare iam dictam ecclesiam.

Si quis contra hoc particionem ad frangendum uenerit, tam de parte nostra quam de uestra uel de/ extranea,pectet (1) D solidos domino terre et hoc placitum senper maneat firmissimum.

Regnante rege Fernando in Castella,Tolleti,Legione et Gallecia et Cordoba et Badalouzu.Michaeli lucensi episcopo.Merino in Gallecia donno Monio Fernandi de Rodario.

(1).Borrado por expuntuación"pectet".

Johannes abbas Ferraria.Maiordomo in cauto Lubeti Petri.

Qui presentes fuerunt:Pelagius,prior,ts.Petrus Stefani,monachus,ts.Monius Pelagii,monachus,ts.Pelagius Sancti Martini,ts.Petrus Spora,ts.Ferdinandus Odoarii,ts. et cf.

Johannes qui notuit.

35

1241-julio-20

EL ABAD DE FERREIRA DE PALLARES, DON JUAN LOZANO, VENDE AL OBISPO DE LUGO, DON MIGUEL, VARIAS HEREDADES POR 400 SUELDOS.

A.-Madrid.-A.H.N.-Clero, Lugo, Catedral, 1328, A/18, 124 x 412 mm. Minúscula diplomática.

(Christus). Sub Dei Omnipotentis nomine. Nos, Johannes, abbas, et totus conuentus monasterii Sancte Marie de Ferraria de Palares, presente et concedente domno Ruderico Fernandi de Rodario, pro se et pro domno Munione Fernandi, fratre suo, vobis, domno Michaeli, lucensi episcopo, libenti animo, nullo cogente uel suadente, facimus carta uenditionis totius hereditatis nostre quam habemus et habere debemus in tota filigrigia Sancte Marie de Seruian, pro uoce domni Fernandi Munionis, qui fuit filius comitis, domini Munionis; quomodo uadit casale de Seruian, cum omnibus pertinenciis et directuris suis. Item uendimus uobis integram partem Sancti Gundissalui in Gistila. Item uendimus uobis hereditatem nostram quam habemus, et ex omni parte habere debemus, in tota filigrigia Sancti Johannis de Campo, in casali de Maria uocato, cum totis pertinenciis et directuris suis. Et accipimus a uobis pro eis CCCC^{tos} solidos legionenses. A modo faciatis de eis uestram propriam uoluntatem et successores uestri post uos, nostro dominio remoto et potestate.

Si uero aliquis contra hoc uenerit uel uenerimus, quod calumpniatus fuerit, uobis duplicatum restituat et hoc scriptum firmum inuiolatumque permaneat.

Factum est era Mª CCª LXXIXª et quotum XIIIº kalendas agusti.

Tempore regis domni Fernandi. Episcopi lucensis domni Michaelis. Maiordomi in Mera Ruderici Bazeiro.

Nos, prenotati abbas et conuentus, roboramus et confirmamus. (Signum)

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Sancius Uiuiani,porcionarius,ts.Petrus Fernandi,clericus de Sancta Cruce,ts.Garsias Petri,clericus de Negral,ts.

(2ª columna).Dominicus Johannis,capellanus domni episcopi,ts.Nathia Petri,clericus,ts.Johannes Suariz, presbiter,ts.

(3ª columna).Stephanus Nuniz,archipresbiter,ts. Petrus Nuniz,frater eius,ts.Nuno Petri,ts.

Fernandus Pelagii,notarius lucensis,scripsit.

Rudericus Nuniz,domni episcopi clericus,notuit.

(Signum)

86

1241-agosto-18

CONCORDIA ENTRE EL ABAD DE FERREIRA Y LOS TEMPLARIOS DE SANFIZ DO HERMO.

A.-MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/9,202 x 170 mm.Carta partida por a,b,c.Minúscula diplomática.

Sub era Mª CCª LXXIXª et quotum XVº kalendas septembri.Notum sit quod cum suborta fuisset contentio inter domnum Johannem Lupi,conmendatorem Sancti Felicis de Heremo,ordinis Templariorum,ex vna parte,et abbatem et conuentum monasterii de Ferraria de Palearis,ex altera,et aliquandiu coram domno lucensi episcopo inter partes in forma iudicii fuisset litigatum,tandem facta inquisia,de uoluntate parcium conscripta,partibus publicata,et domno lucensi episcopo presentata,dictus Johannes Lupi qui mandatum habebat a suo superiori per has litteras:(Incluye el poder otorgado por el Preceptor del Temple en los reinos de España).

Ratum habituri quicquid actum fuerit per eumdem et Pelagius Johannis,et Munio Pelagii/,monachi de Ferreira,qui similiter mandatum habebant ab abbate et conuentu suo per litteras huius tenoris:(Incluye el poder que el abad y convento de Ferreira de Pallares otorgan a Pelagio Ibáñez y a Munio Peláez).

In domnum N. Petri,conmendatoris Pontis Minei,ordinis Hospitalis et archidiaconum domnum M.Ruderici lucensis,tam super ipsa inquisia diffinienda quam similiter iniuriis illatis,compromisserunt sub pena CC^{or} solidorum quod eorum pereatur fine uel mandato siue per finiendam siue per comportacionem siue per laudum inter eos duxerunt componendum,datis ad hoc fideiussoribus Froyla Roderici,clerico Sancti Vincencii de Muris,pro parte Templariorum^{in} CC solidos,et pro parte dicti monasteriii Johanne Ordonii,milite, in aliis CC solidos,ita quod pars que eorum mandato obtemperare noluerit,soluat alteri parte CC solidos,arbitrii finienda nichilominus in suo robore duratura et iidem arbitrii habeat partem sibi a partibus traditam citandi

asignandi terminos conpellendi partes uenire ad iudicium et puniendi etiam contumacem et debent sequenti octauali natiuitatis Beate Marie apud monasterium de Ferreira ad procedendum in causam arbitrii conuenire et partes debent ducere arbitros propriis expensis.Et domnus lucensis episcopus qui pro tempore fuerit debet compellere partem contumacem ad soluendam penam et ad parendum arbitro.

Acti sunt hec per Pelagium Froile de mandato (1)\parcium/ in era suprascripta.

(1).Tachado " archidiaconi".

87

1241-agosto-18

EL ABAD Y CONVENTO DE FERREIRA DE PALLARES NOMBRAN PROCURADORES SUYOS A PELAGIO IBAÑEZ Y A MUNIO PELAEZ,MONJES DEL CITADO MONASTERIO,PARA QUE LOS REPRESENTEN EN EL PLEITO QUE SOSTIENEN CONTRA LOS TEMPLARIOS DE SANFIZ DO HERMO.

B.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/9; incluida en "Concordia entre el abad de Ferreira y los templarios de San Fiz do Hermo" de 1241.

Venerabilibus viris et discretis,M.Roderici,lucensi archidiaconi,et domno N.Petri,conmendatoris Pontis Minei. Johannes,dictus abbas de Ferreira,et eiusdem loci conuentus, salutem in Domino Ihesu Christo.Notum uobis facimus quod nos ratum habemus et confirmamus et aprobamus quicquid factum fuerit per Pelagium Johannis et per Munionem Pelagii, procuratores nostros,factum fuerit inter nos et Johannem Lupi,conmendatorem Sancti Felicis de Heremo.Similiter demandis quas nobis faciunt et nos eis,tam similiter villari de Causo quam super aliis,tam ad componendum et transigendum quam ad iudicium et ad alia neccesse fuerint facienda.Et quia dictus conuentus sigillum non habemus,sigillo abbatis nostri sigillamus.

1241-agosto-18

EL HERMANO MARTIN MARTINEZ,PRECEPTOR DEL TEMPLE EN LOS TRES REINOS DE ESPAÑA,NOMBRA PROCURADOR SUYO AL COMENDOR DE SANFIZ DO HERMO PARA QUE LO REPRESENTE EN EL PLEITO QUE SOSTIENE CONTRA EL ABAD DE FERREIRA DE PALLARES.

B.-MADRID.- A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/9; incluida en "Concordia entre el abad de Ferreira y los templarios de San Fiz do Hermo" de 1241.

Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis,quod nos,frater Martinus Martini,preceptor domorum militie Templi in tribus regnis Yspanie,constituimus procuratorem et generalem administratorem nostrum fratrem Johannen Lupi, commendatorem Sancti Felicis de Heremo,in causa seu causis que uertitur uel uertuntur inter nos,ex una parte,et monasterium de Ferreira de Palearis,ex altera.Similiter damnis et iniuriis nobis ab ipsis illatis in Meyxaboi et similiter inquisia montis de Villarino et ad componendum et ad alia que sibi uisa fuerint facienda.

89

1241-septiembre-22

GUNTRODA FERNANDEZ CON SUS HIJOS CAMBIAN A SU SOBRINO GARCIA RODRIGUEZ UNA HEREDAD QUE TENIAN EN PRADEDA POR LA QUE ESTE TENIA EN TOANDE.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/10, 85 x 170 mm. Minúscula diplomática.Tiene muchas manchas de humedad que dificultan su lectura.

(Christus).Notum sit omnibus,quod ego,Guntroda Fernandi, cum filiis meis et cum omni uoci mea, do et concedo uobis subrino meo,Garsie Ruderici,totam meam hereditatem et uocem quam habeo in Pradaneda,tali condicione:Quod datis mihi hereditatem de Toande per CCCC solidos in uendicione.Et ego do uobis meam hereditatem de Pradaneda in precio de C et L solidos et fuerunt pro totum CCCC solidos.Et super hoc mando uobis facere cartam uendicionis in perpetuum ualituram.

Si quis tamen,ex parte mea uel ab extranea,contra hoc factum meum uoluntarium ad dirumpendum uenerit,pareat uobis hereditatem dupplatam cum expenssis et uoci regis C solidos pectet et hoc scriptum firmam semper obtineat fortitudinem.

Facta carta uendicionis sub era Mª CCª LXXª VIIIIª et quotum Xº kalendas octubris.Regnante rege Fernando in Castella et Legione.Ruderico Gomiz tenente Monte Roso.Michael lucensis episcopus.Velascus decanus eiusdem.

Qui presentes fuerunt:Rudericus Petri de Maraguam. ..... Pelagius Lupiz,ts.Johannes Petri de Fontano.Petrus Cortes, ts.Fernandus Odoarii,ts.Johannes Nuni,ts.Martinus Dominici, ts.Et alii qui hoc uiderunt et audierunt.

Pelagius Petri scripsit.

90

1241-septiembre

PEDRO NUÑEZ,MILES DE PRADEDA,DONA AL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES UN QUIÑON EN LA IGLESIA DE SANTA EULALIA.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/11, 110 x 125 mm. Minúscula diplomática.

Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris, quod ego,Petrus Nuni,miles de Pradeeda et de Peraredo,sano animo et spontanea uoluntate,do et concedo monasterio Sancte Marie de Ferraria,videlicet meum quinionem quo gaannauit pater meus de Fernando Uermudi in Sancta Eolalia, ecclesia de Pradeeda.Hoc facio pro remedio anime mee et patris et matris mee et parentum et amicorum meorum et pro profectum multum quod mihi fecerunt ipsius monasterii.Et sit semper stabile et nullus homo sit ausus hoc contradicere et si contradicere uoluerit,sit maledictus et pectet ipso monasterio L morabitinos.

Facta carta sub era Mª CCª LXXª VIIIIª,mense septembris. Regnante rege Fernando in Legione et in Castella.Michaeli lucensi episcopo. Roderico Gometii tenente Montem Rosum. Johannes abbate Ferrarie.Pelagius Johannis priore.

Qui presentes fuerunt:Totus conuentus ipsius monasterii,ts.Stephanus Nuni et Petrus Nuni,miles et Petrus Stephani,frater.Uicarii de isto pacto:Johannes Pasqual, presbiter,ts.Petrus Crimenti,presbiter,ts.Pelagius Sancti Martini,presbiter,ts.

Johannes notuit.(Signum)

91

1242-noviembre-18

MARINA PEREZ DE PEZOURES VENDE A PELAGIO MUÑOZ SUS HEREDADES DE CENAGUAR POR ONCE SUELDOS Y OTRO DE ROBORACION.

A. -MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1084/5, 265 x 120 mm. Minúscula diplomática.Tiene manchas de humedad que dificultan su lectura y le falta un trozo en el borde lateral izquierdo.

In Dei nomine,amen. Ego,Marina Petri de Pezourees, et omnis uox mea,vobis Pelagio Muniz,clerigo de Nouella,et Froille Muniz salutem.

Placuit nobis atque conuenit nullius necesitatis articulo, nec suadentis imperio sed propria nostra accesit uoluntas ut faceremus uobis cartam uendicionis sicut et facio de hereditate mea propria,que habeo uel habere debeo ex parte matris mee, Marie Johannis,tam de auolencia quam de ganancia, in uilla Cenaguar,sub aula Sancti Iacobi de Linaris,pro precio nominato,uidelicet XI solidos legionense monete et pro roboracione I solido;quod uobis et mihi bene placuit;et de precio et de roboracione aput uos nichil remanet ad soluendum.

Et est ipsa hereditas IIII pars tocius uocis matris mee, Marie Johannis, qua habuit in Cenaguar.

Do eam uobis et concedo pro nominato precio cum montibus, fontibus,pascuis,arboribus,casalibus predictis,mobilibus et inmobilibus,cum omni exitu et ingressu,cum quantum prestitum hominibus est. Abeatis eam,donetis et ex ea faciatis quicquid vestre placuerit uoluntati ,uos et omnis uestra posteritas in eternum.Ita de hodie die et tempore,de iure meo sit abrasa et in uestro iure et dominio sit tradita et confirmata.

Si quis tam de parte mea uel extranea contra hoc factum meum spontaneum uenerit uel uenero,quisquis ille fuerit,sit maledictus et pectet uobis hereditatem duplatam uel triplatam,quantum meliorem fuerit et uoci regis L solidos,carta semper sua robore permamnente.

Ego, Marina Petri, in hac carta, qua fieri iubeo, manus meas roboro.

Facta carta uendicionis era MCCLXX et quotum kalendas decembris. Regnante rege domno Fernando in Castella et Legione. Archiepiscopo in Sancto <Iacobo> Johanne Arie. Martino mindoniense episcopo. Perticario Uelasco Fernandi Tenente terram Auiancis (1) Fernando Fernandi. Maiordomo Fernando Didaci.

Presentes:

(1ª columna). Johannes Ruderici, presbiter, ts. Pelagius Ueremundi, presbiter, ts. Martinus Pelagii, ts. Dominicus Pelagii, ts. Dominicus Johannis, ts.

(2ª columna). Johannes Pelagii, ts. Martinus Petri, clericus, ts. Johannes Johannis, ts. Petrus Johannis, ts.

Ego Petrus Johannis scripsi de mandato Johanne Roderici, presbiteri. (Signum)

(1). Tachado " Johannes Johannis maiorinus".

92

1243-mayo-3

FERNANDO PEREZ DONA TODOS SUS BIENES AL MONASTERIO DE SAMOS POR LA SALVACION DE SU ALMA Y LAS DE SUS PADRES.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/12, 155 x 98 mm. M inúscula diplomática.

In Dei nomine.Ego,Fernandus Petri de Monseyru,proles Petri Ordonii, do et offero me Deo et monasterio samonensi cum toto meo hereditamento quod habeo in Bergido,in loco quod dicitur Plana,tam in ecclesia Sancte Marie de Plana quam in tota parochia et etiam cum plato quod habeo in Carucedo. Do etiam Deo et monasterio samonensi totum ius meum quod habeo in ecclesia Sancte Marie de Uozes et in tota uilla.Do etiam Deo et Sancto Iuliano totum ius meum quod habeo in Sancto Michaeli de Curilum.Do etiam et offero Deo et monasterio samonensi quicquid habeo in Sarria,uidelicet quantum habeo in Monseyrum,tam de comparacione quam de auis meis.Do etiam et offero quicquid habeo in Oedrum,in loco qui dicitur Saa.Do etiam hereditatum meum quod dicitur Brana,quos iacet super heremitam Sancti Petri du Ermo.Do etiam quicquid comparaui in Quintanela et quicquid habeo ibi de patre meo.Totum hoc,quod resonat in carta,do et offero monasterio samonensi,pro remedio anime mee et parentum meorum.

Quicumque uero,tam de parte mea quam de extranea, contra hanc meam donacionem uenerit,iram Dei Omnipotentis incurrat et quantum (1) inquietauerit duplet et uoci regie C morabitinos pectet.

Facta carta sub era Mª CCª LXXXIª et quotum quinto nonas maii.

(1).En el texto "quaratum"

93

1243-julio-25

GARCIA PEREZ VENDE A DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO Y A SU MUJER DOÑA CONSTANZA MARTINEZ LAS PROPIEDADES QUE HEREDO DE SU MADRE POR QUINIENTOS SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/13, 152 x 116 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris,quod ego,Garssie Petri,filio Petri Garssie de Breganza,et de domna Costanza Osorii,vobis,domnus Monio Fernandi,et uxori uestre,domna Costanza Martini, facio cartam uendicionis tocius hereditatis mee qua habeo ex parte matris mee,per ubicumque eam potueritis inuenire, cum omnibus suis directuris et pertinenciis,in Castella et in Legione et in Gallecie.Vendo eam uobis atque concedo quantum ibi habeo uel habere debeo ex parte matris mee.Et accepi de uobis in precium pro ea D^{os} solidos;precium quod mihi et uobis placuit et de quibus nichil apud uos remansit in debitum pro dare.

Si quis hanc carta frangere uoluerit,pectet uobis in dupplo quantum inquietauerit et in cautum regis M solidos persoluat et hanc cartam inuiolata permaneat.

Facta carta apud Uilla Noua de Sarria et in mensse iulii,in die Sancti Iacobi,sub era Mª CCª LXXXª Iª.Regnante rege Fernando in Castella et in Legione et in Tolleto et Cordube.

Qvi presentes fuerunt:Fernando Petri,conmendatore de Spital de Pontem Minei,ts.Vaasco Fernandi,frater eiusdem loci,ts.Fernando Querido,conmendatore de Loyo,ts.Fernando Pelaez de Rodeiro,ts.Petro Eanes de Arcos,milite,ts.Ruderico Petri,iudice Sarrie,ts.M.Uelasci,milite,ts.Et alii multi qui uiderunt et audierunt.

Ego,Dominicum Johannis,notarii Sarrie,notuit.

4

1244-enero- 2

PACTO ENTRE EL MAESTRO LOPE,CANONICO LUCENSE,Y SU HERMANO RODRIGO,POR UNA PARTE,Y PELAGIO IBAÑEZ Y OTROS POR OTRA.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/16, 105 x 230 mm.Carta partida por a,b,c.Minúscula diplomática.

Era Mª CCª LXXXIIª et quotum IIIIº nonas ianuarii. Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis,quod magister Lupus,canonicus lucensis,et Ruderícus Petri,frater eius,pro se et pro parte sua,et Pelagius Johannis,clericus de Deral,pro se et pro parte sua,ex parte una, et Nuno Petri,Petrus Petri,Petrus Lupi et Lupus Ruderici, pro se et pro Petro Ruderici et pro Fernando Pelagii,ex altera,faciunt inter se huiusmodi pactum inuiolabiliter duraturum.Uidelicet,quod dictus Nuno Petri et pars sua prenominata recognoscunt dictis magistro Lupo et Pelagio Johannis et suis partibus totum casale de Loureiro uocatum,cum tota hereditate sua,et aliis pertinenciis suis, quod est in Uilla Meaa,sub aula Sancti Martini.Et statim in ipsos transferunt dominium et possessionem ipsius. Et dicti magister Lupus et Pelagius Johannis,pro se et pro partibus suis,dant eisdem sex hominibus prenominatis ipsum casale ad laborem cum totis pertinenciis suis in uita eorum tenendum.Et debent eis dare pro renda ipsius quartam partem omnium fructuum ipsius casalis;in saluo ita quod postquam unus de sex prenominatis uel duo uel tres uel quator siue quinque decesserint,usque ad sextum defunctum, teneant hoc casale sicut superius continetur.His uero defunctis omnibus predicti,magister Lupo et Pelagius Johannis et partes sue debent casale predictum habere in pace, ita tam quod si aliquen in ipso casale uendere uoluerint,

quod prius ipsis uendant quam alii extraneo.

Qui presentes fuerunt:Johannes Petri,canonicus,ts. Petrus Petri,clericus de Lamela,ts.Fernandus Nunonis,clericus,ts.Martinus Munionis,clericus,ts.Stephanus Nunonis, clericus,ts.Pelagius Pelagii,presbiter,ts.

Fernandus Pelagii,notarius lucensis,notuit.

95

1244-junio

PACTO ENTRE EL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES Y LOS HOMBRES DE VILLAJUSTE.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares, 1085/14, 170 x 216 mm.Minúscula diplomática.

(Christus).Abas et conuentus de Sancte Marie de Ferrarie fecerunt demanda ad homines de Uila Iuste de uoce de Manynos.Unde homines magnam querimoniam habuerunt quod dicebant quod numquam fuerant homines de eodem monasterio quod ipsa demanda fecissent.Tunc abas et conuentus prospexerunt ueritatem et directum super eodem uocem de Manino et inuenerunt quod non debebant leuare Maninum de eadem uilla de Uilla Iuste quod numquam inde leuauerunt.

Vnde nos facimus cartam stabilitam et confirmatam ad ipsos homines de Uila Iuste quod omnis sciat isti qui sibi et omnes alii qui debent uenire quod nos quitamus istam uocem de Manynos quod numquam sit hominem qui contra istam uocem ueniat.

Quod nos,homines de Uila Iuste,pro amore quod de uobis recepimus,facimus pactum inter nos et uos quod nos,homines, non uendamus nec donemus nec supignoremus ordines nec ad milites.

In Dei nomine,amen.Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris,quod ego,Pelagius Johannis,abas, et conuentus Ferrarie,vobis,homines de Uila Iuste,facimus cartam quitacionis de illis Manynis quod uobis querebamus in uilla que uocitant Uila Iuste,sub signo Sancti Saluatoris.De isto die sit ista carta stabilita et confirmata, tam in uita quam in morte.

Si aliquis homo,de nostra parte uel de extranea,contra hoc scriptum uenerit uel uenerimus,sit maledictus et excomunicatus et pectet uoci regis C morabitinos et duplet uobis quantum inquietauerit in tali loco uel in meliori

et carta permaneat firma.

Facta carta sub era Mª CCª LXXXII,in mense iunii.Regnante rege Fernando in Legione et in Castelle et in Gallecie et in Toleto.Tenente Monte Roso Roderico Gomes.Maiorino regi Munio Fernandi.In Luco episcopo Michaeli.

Ego,Pelagius Johannis,abas, et conuentus Ferrarie,vobis homines de Uila Iuste hanc cartam,quam scribere iussimus,cum nostris propriis manibus roboramus et confirmamus et cum nostro sigillo eam sigillamus.

Qui presentes fuerunt et audierunt:

(1ª columna).Johannes Iofani,abas,ts.Johannes,prior, cf.P.Stefani,monachus,cf.M.Dominici,monachus,cf.P. Petri, presbiter,cf.P.Nuni,miles,cf.Didacus Johannis,maiorino,cf. de cocto Ferrarie,cf.

(2ª columna).Munio Paez,monachus,cf.Johannes Johannis, clerico de Uila Iuste,cf.P.Munioni,cf.P.Pelagii,cf.Nunus Johannis,cf. R.Johannis,cf.Johannes Ruderici,cf.

P.Michaelis notuit.(Signum)

[illegible]

[illegible] DE SANTA MARIA DE FERREIRA DE PALLARES.

A.- [illegible], Lugo, Ferreira de Pallares, 1085/15. 120 x 165 mm.; minúscula diplomática.

Hec est noticia Sanctorum eorum reliquie ad cuius honore fundata est ecclesia vel monasterium de Ferraria. In primis in honore Sancte Marie Uirginis; Sancti Saluatoris; Sancti Johannis Baptiste; Sanctorum Petri et Pauli; Sancti Johannis apostoli; Sanctorum Simonis et Iude; de Ligno Domini; Sancti Iacobi apostoli; Sancti Johannis apostoli; Sancti Bartholomei apostoli; Sancti Pauli apostoli; Sancti Romani; Sancti Marci euangeliste; de lacte Sancte Marie; Sancti Thome apostoli; Sancti Andree apostoli; Sancti Philipi apostoli; Sanctus Tadeus; Sancti Mathei apostoli. Sancti Stefani leuite; Sancti Iuliani et Basilisse; Sancti Thirsi; inuencio Sancte Crucis; Sancti Adriani et Nathalie; Sanctorum Cosme et Damiani; Sancti Martini, episcopi; Sancti Emiliani presbiteri; Sancti Clementis; Sancti Laurenti; Sancti Andree; Sancti Stephani martiris; Sancti Cosme; Sancti Damiani; Sancti Blasii episcopi; Sancte Marguerite uirginis et martiris; de petra sepulcri Christi et petra de presepio Domini; de corpora Sanctorum; de poluere Sancti Johannis Baptiste; Sancti Cosme; Sancti Brasii episcopi; de Ligno Domini; Sancti Philiberti abbatis; Sancti Iacobi apostoli; Sancti Saturnini; Sancti Cristophori martiris; Sancte Marie; inuencio Crucis; Sancti Thome apostoli; Sanctorum Germani et Fabi; Sancte Martha; Sancte Lucie; Sancti Romani; Sancti Dominici; Sancte Marie Magdalene; de sepulcro Domini; Sancti Cristophori; Sancti Pelagii; Sanctorum Cosme et Damiani; Sancti Andree apostoli; Sancti Saluatoris; Sanctorum Uerissime et Maxime; Sanctorum Claudi Luperci et Uictorici; Sancti Johannis

oli

97

1245-junio-30

DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO Y SU MUJER DOÑA CONSTANZA MARTINEZ DONAN AL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES UN CASAL EN MOUGAN.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/17, 252 x 66 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Ego,domno Munioni Fernandi de Rodario, in simul cum uxore mea,Costancia Martini,damus et concedimus monasterium Sancte Marie de Ferrarie unum casalem,hereditatem nostram propriam,quam habemus uilla nominatim Mougam,territorio Palaris,concurrente Sancte Marie Mougam,pro anime nostre et parentum nostrorum,scilicet:Sinamus ipso casale per hereditatem quam cumparauimus,per nostros denarus,de Pelagio Barraria et de Martinus Sancii et per aliam hereditatem qua habemus in uillam ipsam.Tali debet esse ipso casali semente III tercias annuatim et ipso casale debet esse populato per nos nominatim:Duo boues et de due uace et alia populatione sicut est consuetudo terre.

Si quis,ex parte nostra (1) uel extranea,contra hoc factum nostrum ad irrunpendum uenerit,sit maledictus et cartam stet semper in robore suo.

Facta carta sub era Mª CCª LXXXIIIª et quotum pridie kalendas iulii.Regnante Fernando in Castelle et in Legione.Michaeli lucensi episcopo.

Qui presentes fuerunt:Domno Ruderico Fernandi,milex. Johannes Roderici,milex,ts.Velasco Petri,ts.Abbas et conuentus ipsius loci confirma.

Ego,Johannes Galuam,scripsi de mandato domno Munio Fernandi.

Ego,Petrus Johannis,presbiter,capellano domno Munioni, propria manuum scripsi literis meis et confirmo.

(1).Repetido"nostra".

1246 98

LOS HEREDEROS DE ALDONZA FERNANDEZ LLEGAN A UN ACUERDO AMIGABLE SOBRE EL REPARTO DE SU HERENCIA.

A.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/22,182 x 220 mm.Carta partida per a,b,c.Minúscula diplomática. Le falta un trozo en el borde lateral derecho y está destruído por el fuego y la humedad.

In Dei nomine,amen.

Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis,quod cum orta esset intencio inter ..... Marie Johannis, antenatam eius,ex altera,super bonis Aldonsie Fernandi, matris ipsius Marie Johannis,talis conposicio ..... amicabiliter ..... Maria Johannis debet habere iure hereditario ipse et sua..... ganancias et conparaciones ..... Et Maria Johannis predicta debet habere totum illud cellarium quod est sub signo Sancte Marthe cum sua parte quod determinatur per terminos Garsie Galan et Dominici Suerii et per terminos ipsorum Fernandi Johannis et Marie Johannis ..... et totum auolengum ubicumque illud inuenerit ad ipsam Aldonsiam Fernandi pertinentem, exceptis duabus casis que fuerunt de illo auolengo quas debet habere Fernandus Johannis predictus ..... cellarium illud predictum et determinatur per terminos Sancte Marthe et per terminos de Fernando Johannis et Maria Johannis predictis.Sciendum est insuper quod ipso Fernandus Johannis quitat .... Marie Johannis predicte C et LXX^{a} solidos quos mandauit sibi Aldonsia Fernandi, uxor sua prenominata in die obitus sui.Et predicta Maria Johannis debet habere illud cellarium cum suo auolengo sicut superius dictum est,iure hereditario.Et si forte uenerit Fernandus Fernandi,frater eius ,filius prenominati Fernandi Johannis et Aldonsie Fernandi nominate, teneatur ipsa res predicte illi cum medietate de toto auolengo predicto et cum .. .. illius.Et si forte mortuus est et Fernandus Johannis ..... sicut de iure

fuerit quod mortuus fuit post matrem suam,Aldonsiam Fernandi sepius nominatam,debet medietatem de predicto auolengo et fructus ejus habere.

Et totum hoc ab utraque parte confirmatur et de beneplacito utriusque partis,adiunctum est ut si quis ex parte aliqua hoc contradicere uoluerit illis uel eis qui uocem illorum pulsauerint,iram Dei habeat et cum Iuda traditore in infernum pereat,insuper parti contradicte C solidos in pena pectet et quantum inquietauerit in consimile uel meliori loco dupplet,conposicio autem ista et carta per alphabetum diuisa in suo robore perdurante.

Facta karta apud Villam Francam ..... sub era M^{a}, CC^{a},LXXX^{a},IIII^{or}.Regnante rege dompno Fernando in Legione,Castella,Toleto,Gallesia,Corduua,Murçia,Jahen et in totis regnis suis.Episcopo dompno L.in Astorica.Regina dompna Tharesia tenente Uillam Francam.

Qui presentes fuerunt et per quos fuit facta conposicio: L.Didaci de Curilicon,Dominico Arie de Uillella, Johannes Johannis,filius donpni .... .

Fuerunt uicarii:Johannes de Ribera,Johannes de Sancta Cruce.

Ts.:Petrus Leycon,clericus,Dominicus Suerii,Garsias Galan,Martinus Roderici,Martinus Johannis,maiordomus uille,Petrus Petri,scutifer,Fernandus Johannis de Fundo de Uilla,et alii multi qui uiderunt et audierunt.

Fernandus Johannis,notuit.

99

1246-enero-18

MARINA SUAREZ DONA AL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES LAS HEREDADES QUE SU PADRE TENIA EN SOÑAR,VILAR Y FRIAMUNDE.

A.H.N.-

A.-MADRID.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/18,45 x 170 mm. Minúscula diplomática.Tiene manchas de humedad que dificultan su lectura.

In Dei nomine.Notum sit quod ego,Marina Suarit,mando monasterio Sancte Marie Ferrarie quanta hereditate habeo et habere debeo ex parte patris mei,don Suerio Petri de Mourili.Et est in Sonar et in Uilar et in Friamundi.Pro anima mea et mei patris.

Si uero aliquis contra hoc uenerit uel uenero,sit maledictus et regie uoci C solidos pectet et hoc scriptum inuiolatum semper permaneat.

Factum est sub era Mª CCª LXXXIIIIª et quotum XVº kalendas februarias.Tempore regis domni Fernandi.Episcopi lucensis domni Michaelis.Meirini domni regis Munionis Fernandi de Rodario.

Qui presentes fuerunt:Don Giraldo,ts. F.prelati Sancti Iuliani,ts.Multi homines qui uiderunt et audierunt,ts. et cf.

JohannesPetri qui notuit.

100

1246-enero-31

GARCIA RODRIGUEZ Y SU MUJER MARINA NUÑEZ VENDEN AL ABAD DE FERREIRA DE PALLARES,PELAYO IBAÑEZ,SUS HEREDADES DE SANTA EULALIA DE PRADEDA POR TRESCIENTOS CINCUENTA SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/19, 210 x 153 mm.Minúscula diplomática.

(Christus).In Dei nomine,amen. Sciant presentes et futuri,quod ego,Garsia Ruderici,et uxor mea,Marina Nuni, et omnis uox nostra,libenti animo et sinceram uoluntatem, vobis abbatis Pelagio Johannis Sancte Marie de Ferrarie et omni conuentu uestro,facimus cartam uendicionis de tota nostra hereditate qua habemus et habere debemus in uilla que uocitant Sancta Eolalia de Pradaneda,in casale qui dicitur de Ruderico Ruderici,discurrente ad eclesiam Sancte Eolalie de Pradaneda.Damus uobis de ipso casale iam dicto, de duobus partibus,terciam partem et de alia tercia quartam partem integram que comparauimus de Gontrode Fernandi et quantam habemus et habere debemus in casale de Gontrode Begona et alia que comparauimus in casale de Aquimparte de Gontrode Fernandi et quantam hereditatem habemus in cauto Ferrarie,sub signo Sancte Eolalie,tam laicalia quam eclesiastica de ipsis hereditatis iam dictas,quantum ibi ad nos pertinet et ad meam germanam,et filiis suis,Terasiam Ruderici,per ubi eam inuenere potueritis.Scilicet,casales, terras cultas uel incultas,arborea fructuosas et infructuosas,montes,fontes,exitus,ingresus et regressus,sesigas molinarum et usque ad magnam uel minimam rem.Et recepimus de uobis pro ipsas CCC et L solidos legionensis;precium quod nobis et uobis satis placuit et de quod aput uos nil remansit in debito,sed totum completum est.Ita ut hodie die et tempore sit ipsa hereditas de nostro iure abrasa et in uestro iure sit data adque confirmata.

Si aliquis homo de nostra parte uel de extranea contra hoc factum nostrum ad irrumpendum uenerit uel uenerimus, sit maledictus et excomunicatus et inferno cum Iuda traditore dampnatus et pectet uoci regis C morabitinos et duplet uobis quantum inquietauerit et carta permaneat firma.

Ego,Garsia Ruderici,et uxor mea,Marina Nuni,et filiis nostris in hanc cartam manus nostras roborauimus.

Facta carta uendicionis sub era Mª CCª LXXXª IIIIª et quotum IIº kalendas februarii.Regnante rege Fernando in Legione et Gallecia,Castella et Toleto,Corduba et Murcia.Michaeli lucensi episcopo.Maiorino domni regis M. Fernandi de Rodario.Tenente Monteroso Ruderico Gomet. Prestamarios de Paliares M.Fernandi et R.Fernandi.Abbas in Ferraria Pelagius Johannis.Maiordomo in cauto Petrus Johannis.

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Johannes Nuni,miles de Castelo,ts.Fernandus Feo,ts.Fernandus Nuni,clericus Sancte Eolalie,ts. Marcus Pelagii,capellanus,ts.Johannes Martini,ts.Dominicus Johannis,ts.Fernandus Johannis,ts.Martinus Uermudi,ts. Petrus Cortes,ts.

(2ª columna).Petrus Stefani,monachus,ts. et cf. Michael Pelagii,monachus ts.et cf.Pelagius Petri,monachus, ts.et cf.Don Giraldo,frater,ts.et cf.Arias Nuni,frater,ts. et cf.Nunus Johannis,miles,ts.et cf. Romanus Petri,ts.et cf.Johannes Pelagii,ts.et cf.Et alios multos homines qui uiderunt et audierunt.

Johannes qui notuit,ts.et cf.(Signum)

101

1246-marzo-30

DOÑA MAYOR PEREZ VENDE A DOÑA TERESA MUÑOZ SUS HEREDADES DE MONTERROSO POR SEISCIENTOS CINCUENTA SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/20, 100 x 525 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Ego,domne Maiori Petri,vxor de Gundisalus Nunii,netta de domnus Didacus Ariie,et de mea bona uolumptate,facio cartam uendicionis vobis,domne Tharesie Muniz,filia de domnus Munius Fernandi de Rodeyro,de quanta hereditate ego habeo uel habere debeo,quanta uenit in porcione mea in territorio de Montem Roso,terra nominata Inssua,sexta de vinea de Sancti Facundi et de domos de Outeyru,quantum est quimionem meum et totum patrimonium, quantum ego habeo ecclesia Sancti Petri de Framiam et in Suingas et in omnibus ecclesiis de Monte Roso et in omnibus aliis locis laicalies,quantum pertinet uoci mee per ubicumque illis potueritis invenire.Ego,predicta domne Maiori Petri,totum hoc,quomodo de super resonat,uendo,do et concedo pro precium quod a me uobis,predicta domne Teresie,bene persoluistis.Ita do et concedo ecclesiarum et laicali,domos,montes,fontes,pratis pasquis,aquas,sesigas molinarum,terras cultas siue incultas,arboribus,agressum et regressum,siue quantum ad prestitum hominis est,vobis superdicta domne Tharesie Moniz,per precium nominatum sex centum et quinquaginta solidorum.In hoc predictis terris omnia bona mea.

Si quis aliquem homo hanc meam uendicionem inpedierit,duplet a uos,predicta domne Terasia Moniz,siue uoci uestri quantum inquisierit et conponat uoci regi M. morabitinos et carta ista nichilominus remaneat senper duratura,sequitur ad placitum ponitur.

Ego,predicta domne Tharesie Moniz,ita mando et concedo:Si ego,predicta domne Tharesie Moniz,obiero antequam pater meus,don Munioni Fernandi de Rodeyro,ista predicta de super hereditate qua emi de predicta domne Maiori Petri,relinquo quita et libera ad predictus iam de super pater meus,domnus Munioni Fernandi de Rodeyro.

Et ego,predicta domne Maiori Petri,ita concedo:Si fratres meus hanc meam uendicionem impedierint,ego de litare ad mandatum de domnus \R/ Fernandi et de domnus Gil.

Facta carta uendicionis sub era Mª CCª XXXIIIIª,tercio die kalendas abrilis.Regnante rege nostro Fernando, Dei gratia,Castelle,Legione,Corduba et Toledo.Michael, Dei gratia,lucensis episcopus.Domnus Rodericus Gometii tenente Monte Roso.Donus Munioni Fernandii de Rodeyro maiorinus domno regi.Frater Hospitalis Fernandus Petri comendator Pontis Minei.Sancius Munioni iudici de domno rege in terra de Asma.

Qui presentes:Domnus Gill,ts.Domnus Vilielmus,ts. F.ts.

Domnus Adam,publicus notarius,notvit.

103

1246-octubre

JUAN PEREZ Y SU HERMANA MARIA VENDEN A DOÑA ELVIRA FERNANDEZ UNA OCTAVA DE CASAL EN RAÑA POR CUARENTA Y UN SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1085/21, 105 x 145 mm.Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris,quod ego,Johannes Petri,dictus Zol,pariter cum sorore mea,Maria Petri,et omnis uox nostra,vobis domne Eluire Fernandi,filia domni Fernandi Munionis,omnique uoci uestra,facimus cartam uendicionis,in perpetuum ualituram, de octaua casalis de Rana,cui uocatur de Octauis;que uendimus in uoce de Calzonis cum suis omnibus directuris et pertinenciis:Terras,montes,fontes,quantum ad prestandum hominis,sub signo Sancte Marie de Mougat.Recepimus a uobis in precio XLI solidos legionenses;precium quod nobis uobisque complacuit.Et tam de precio quam de robore aput uos, in debito,nihil remansit.

Si quis igitur uos super hoc calumpniare uoluerit,pectet uobis,uel qui in uoce uestra pulsauerit,C solidos et hereditate predicta in triplo.Debemus uobis senper defendere et amparare cum ea per nos et per omnia bona nostra.

Facta carta sub era Mª CCª LXXXª IIIIª,mense octobris. Regnante rege Fernando in Legione et Castelle.Michaeli lucensi episcopo.Ruderico Gomecii tenente Montem Rosum.M. Fernandi prestamario.P.Arie maiordomo.F.Johannis prelato ecclesie Sancte Marie de Mougat.

Qui presentes fuerunt:Pelagius Pelagii de Castro,ts. Martinus Fernandi,dictus Centeno,ts.F.Munionis de Mougat, ts.P.Lupi,ts.Pelagius Ferrero,ts.J.Rouim,ts.Domnus Ysidrus, ts.Multi uiderunt et audierunt,ts.et cf.

Johannes notuit.

103

1247-enero-29

DOMINGO PEREZ VENDE A PEDRO PELAEZ SUS HEREDADES DE CONSTANTE,SAN JORGE Y SAN SALVADOR POR SESENTA SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/1, 95 x 227 mm. Minúscula diplomática.

(Christus).In Dei Omnipotentis nomine.Ego,Dominicus Petri,vobis Petro Pelagii de Anide et Marie Petri et uestro filio,Pelagio Johannis de Ferraria,clerico,libenti animo,nullo me cogente uel suadente,facio cartam uendicionis tocius hereditatis mee qua habeo et habere debeo ubicumque a matre mea,Eldonza Johannis;quanta habebat ubicumque in omnibus locis,ubicumque potueritis inuenire,cum omnibus pertinenciis et directuris suis,discurrente ad ecclesias Sancti Michaelis de Costante et Sancti Georgii et Sancti Saluatoris de Castelo.Quod habeatis ipsam hereditatem ipse Petrus Pelagii medietatem de ipsa,et ipsa Maria Petri cum ipso filio iam dicto habeant aliam medietatem de ipsa.Et accipio a uobis pro ea LX solidos legionensis monete.A modo de ea uestram totam uoluntatem faciatis et uox uestra post uos,meo dominio remoto et potestate.

Si uero aliquis contra hoc uenerit uel uenero,sit maledictus et quod calumpniatus fuerit,uobis duplatum restituat et hoc scriptum inuiolatum permaneat.

Factum est era Mª CCª LXXXVª et quotum IIIIº kalendas februarii.Regnante regis domni Fernandi.Episcopi lucensis domni Michaelis.Maiorina regis Marie Pelagii de Fargaoze.

Ego,Predictus Dominicus Petri,roboro et confirmo.

Qui presentes fuerunt:Abbas Pelagius Johannis cum suo conuentu de Ferraria,ts.P.Suarit,clericus,ts.Domnus Odoarius de Costante cum suis filigresibus,ts.

Johannes Petri,notarius de Ferraria,notuit.

104

1247-febrero-15

MARINA IPAÑEZ VENDE A MARTIN FERNANDEZ Y A SU MUJER SUS HEREDADES DE QUINTANAS POR DIEZ SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/2, 145 x 100 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris,quod ego,Marina Johannis,vobis Martino Fernandi de Matei et uxori uestre,Marie Johannis,facio cartam uendicionis de quanta hereditate habeo et habere debeo ex parte patris mei,Johanne Martini das Quintanas et meo tio,Petro Martini,et in totis terminis eius cum omnibus pertinenciis et directuris suis,discurrente ad ecclesias Sancte Marie de Ferraria et Sancti Uincencii de Uila Mereli.Et accipio a uobis pro ea X solidos legionenses.A modo de ea faciatis uestram propriam uoluntatem et uox uestra post uos,meo dominio remoto et potestate.

Si uero aliquis contra hoc uenerit uel uenero,sit maledictus et quod calumpniatus fuerit,uobis duplatum restituat et hoc scriptum inuiolatum permaneat.

Factum est era Mª CCª LXXXVª et quotum XVº kalendas marcias.Tempore regis domni Fernandi.Episcopi lucensis domni Michaelis.Ruderico Comet tenente Montem Rossum.Meirini domni regis Munionis Fernandi de Rodario.Abbatis Ferrarie domni Pelagii.Maiordomo de couto Petri Johannis de Uilla Iusti.

Ego,prefata Marina Johannis,roboro et confirmo.(Signum)

Qui presentes fuerunt:Don Arias,monachus,ts.Petrus Fernandi,ts.Petrus Petri de Matei,ts.Petrus Nuni,ts.Rudericus Pelagii de Gontin,ts.Monius Dominici,monachus,ts. Multi homines quos uiderunt et audierunt,ts. et cf.

Johannes Petri qui notuit,ts. et cf.

105

1247-abril-6

PACTO DE BEHETRIA ENTRE LAS PERSONAS QUE SE MENCIONAN Y DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/3, 135 x 152 mm. Minúscula diplomática.

In era Mª CCª LXXXVª et VI dias andados de abril. A todos sega sabudu assi a los qui sum presentes como a os qui han de uiir,como eu,Martin Sanchiz de Paradela,herdo et benfecto a uos don Monio Fernandi de Rodero et a os qui uineren in uossa uoz,de quanto herdamento et de quanta uoce a min pertiize de meo padre,Sancho Sanchiz,in uilar Moystero.

Et eu,Petrus Pelagii de Perera Boa,outrussi outorgo a uos,don Monio Fernandi,quanto herdamento et quanta uoz a min pertiize per mea cabiza in uilar Moystero.

Et eu outrusi,Adan Martiz,in simbla cum meos irmaos, Valasco Martiz et Gillelmi Martiz,outorgamus a uos,don Monio Fernandi,et a uossa uoz quanto irdamento et quanta uoz a nos pertiize in uilar Moystero.

Et eu outrusi,Petrus Remisar,outorgo a uos don Monio Fernandi quanto herdamento et quanta uoz habeo in uilar Moystero.

Et eu outrusi Petrus Fernandi et meo irmao,Gonsaluo Fernandi,outurgamus a uos,don Monio Fernandi,quanto herdamento auemus in uilar Moystero.

Et eu outrusi,Martin Uermuiz,outorgu por min et per mea muler,Sancia Petri,quanto herdamento et quanta uoz habemus in uilar Moystero.

Et eu outrussi,Maria Martiz de Sigesar,colo por filio a uos,don Monio Fernandi,inna octaua de quanto herdamento et de quanta uoz habeo in uilar Moystero.

Et eu,don Monio Fernandi,a todos aquestis omniis qui mi de ista herdadi herdant et benefectant et mi isti amor fazim,conuenolis et outorgulis qui li siga sempri amigo in toda las cousas a boa fe et quilis faza sempri amor et aiuda et prestanza et amparamento utilis mister for.

Actum est regnante rey don Fernando.Et don Micael bispu in Lugu.Tenente Sarria R.Floylat.

Qui presentes fuerunt:Don Petrus Valasquiz de Paradela,ts.Subconmendador do Yspital Johannes Marino,ts.Aras Diaz,prior de Castro de Rey,ts.Petrus Arias,freyre do Yspital,ts.Suer Pelagii,capilam do Yspital,ts.Petrus Arias, cabaleyro,ts.

Bartholomeus,notarius,notuit.

Petrus,capilam,ts.

Et super nos todos damus a uos,don Monio Fernandi, Gillelmi Martiz qui uos mita ista herdadi in manu et in ius por nos todos.

106

1247-diciembre-6

MARTIN GONZALEZ DONA A DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO UN QUIÑON PROPIEDAD SUYA Y DE SU HERMANA.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/10, 200 x 322 mm.Minúscula diplomática.

Notum sit omnibus hominibus tam presentis quam futuris,quod ego,Martinus Gunsaluez,et omnis uox mea,vobis domno Monioni Fernandi cum uxori uestra,domne Costancia Martini,et omnis uox uestra,do uobis meum quinionem et de germana mea,domna Sancia Fernandi,de ipsas domos de Almuzara et de ipsa hereditate quomodo se incipit ad castinario (1) Soctilao et uadet in circuitu ualado inde cantum de Siluar,inde ad cepus de Nugaria,de cantus de casa et uadet inde ad directum ad riuuolo et uadet per ipsam aquam sursum ad directum ad castinario de Edra et uadet ad directum ad ualato et per ipsum ualatus ad castinario Soctilao;pro uestro homine que occidit alium meum hominem et pro uestra desonra. Et semper debeo uobis amparare cum isto quinionem de germana mea,Sancia Fernandi.Et teneatis pro inde fideiusorem Stephanus Arie,militi.

Facta carta era Mª CCª (1) LXXXª quinta et quotum VIIIº idus decenbris.Regnante rege Fernando in Legione et in Castella.Episcopo Laurencius in Auriense.Tenente terram Orzeliom domno Munioni Fernandi.

Qui presentes fuerunt:Domnus Gomecius Muniz de Insula. Domnus Fernandus Arie de Orra.Domnus Rudericus Fernandi de Rodario.Petrus Fernandi Carbichoya.Alfonsus Petri,filius eius.Garsia Alfonsi.Domnus Oduarius.Johannes Munionis. De mandato domni,Sepulcri,Munionis Pelagii,frater.Domnus Petrus Nuniz,prelatus Sancte Marie de Jouencos.

Alfonsus Fernandi,publicus notarius,qui notuit.

(1).Raspadas tres letras.
(2).Tachado "LXL q"

107

1248-enero-31

SANCHA LOPEZ VENDE A PEDRO LUBETI DE CASTRO UNA HEREDAD EN LA VILLA DE CASTRO POR TRES SUELDOS Y SIETE DENARIOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/4, 130(95) x 174 mm. Minúscula diplomática.

(Christus).In Dei nomine.Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris,quod ego,Sancia Lupi,tibi Lubeti de Castro,facio cartam uendicionis de quanta hereditate mea mater habebat in a uilla de Castro.Et est ipsa hereditas sub signo Sancte Eolalie de Pradaneda.Do tibi ipsam et accipio a te pro ipsa in precio III solidos et VII denarios.Precium quod mihi et tibi satis placuit et de quo apud uos nil remansit in debito,sed totum completum est.Itaque quod dicta hereditas cum omnibus pertinenciis suis ab isto die et tempore de iure meo sit remota et in uestro iure sit posita atque confirmata,ut tam uos quam uestra posteritas habeatis et possideatis et ex ea in uita et ad mortem quodcumque uolueritis,faciatis.

Si quis tamen,quod fieri non credo,tam de mea parte uel de extranea,hoc factum nostrum ad irrumpendum uenerit,quicquid sub calumpnia miserit,uobis duplatum reddere non posponat et pro ausu temeritatis regie uoci L solidos persoluat et hoc scriptum plenam habeat firmitatem.

Facta carta de uendicione sub era Mª CCª LXXXVIª et quotum II kalendas februarias.Regnante rege Fernando in Legione et in Castella et in alias uillas de terra de mouros.Michaele lucensi episcopo.Roderico Gomet tenente Montem Rosum.Pelagius Johannis abbas in monasterii de Ferraria.M.Fernandi meirino domni regis.R.Fernandi et M.Fernandi de Rodario conmendarii de Ferreira.Maiordomo in u couto de Ferraria Mateu Pelagii de Nesperaria.

Qui presentes fuerunt:Pelagius Johannis,abbas,ts.Petrus Stephani,monachus,ts.Monius Petri,ts.Petrus Johannis, monachus,ts.Petrus Johannis,clericus,ts.Johannes Pelagii, prior,ts.Martinus Dominici de Lagia,ts.Petrus Martini de Lagia,ts.Pasqual de Castro,ts.Multi homines quos uiderunt et audierunt ts.et cf.

Johannes qui notuit,ts.et cf.(Signum)

108

1248-enero-31

MARIA IBAÑEZ VENDE A PEDRO PEREZ SU PARTE EN EL CASAL DE CASTRO POR TRES SUELDOS Y CUATRO DINEROS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/5, 160 x 100 mm. Minúscula diplomática.

Sub Christi nomine.Sciant presentes et futuri,quod ego,Maria Johannis de Seraia,vobis Petrus Petri,dicto Lobeti de Castro,facio carta uendicionis tocius hereditatis mee qua habeo et habere debeo ex parte mei patris J.Munionis de Castro . . . en casale de Castro et in totis terminis eius,cum omnibus pertinenciis et directuris suis, sub aula Sancte Eolalie de Pradaneda.Et accipimus a uobis pro ea III solidos et VII danarios. A modo faciatis de ea uestram perpetuam uoluntatem et uox uestra post uos,meo dominio remoto et potestate.

Si uero aliquis contra hoc uenerit uel uenero,sit maledictus et quod calumpniatus fuerit uobis duplatum restituat et regie uoci L solidos persoluat et hoc scriptum inuiolatum permaneat.

Factum est era Mª CCª LXXXª VIª et quotum II kalendas februarias.Tempore regis domni Fernandi in Legione et in Castella.Episcopi lucensis Michaelis.Roderico Gomet ricome de Monteroso.Abbatis Ferrarie Pelagii Johannis.M.Fernandi meirini domni regis.Maiordomi de couto Martini Pelagii de Nesperaria.

Ego,prefata,roboro et confirmo.

Qui presentes fuerunt:Ipse abbas,ts.P.Stephani,monachus,ts.Et Munius Petri et P.Johannis et J.Pelagii,prior, ts.P.Johannis,presbiter,ts.Martinus Dominici,ts.Multi homines qui uiderunt et audierunt,ts. et cf.

Johannes Petri,notarius Ferrarie,notuit.(Signum)

109

1248-marzo

MARIA IBAÑEZ Y OTRAS VENDEN A FERNANDO RODRIGUEZ DE CORTES Y A SU MUJER LA HEREDAD QUE TENIAN EN VILAR DE ARCHE.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/6, 62 x 342 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris,quod nos,Maria Johannis de Guayam et Marina Petri eiusdem loci et Maria Petri de Padrinnam et Marina Petri de Sub Pena,vobis domnus Fernandus Ruderici de Cortes et uxori uestre,domna Mayor Arie,facimus cartam uendicionis tocius hereditatis nostre qua habemus in Uilar Dárcha,sub signo Sancti Saluatoris de Saa.Uendimus eam uobis adque concedimus cum omnibus directuris eius et pertinenciis,per ubicumque eam potueritis inuenire,omni nostra uoce qua ibi habemus et habere debemus.Et accepimus de uobis in precium VII solidos et Marina Petri IIII solidos, VIII dineros,et Maria Petri II solidos,VIII dineros et Marina Petri X solidos.Precios quod nobis et uobis placuit et de quo nichil apud uos remansit in debito pro dare.

Si quis hanc cartam frangere uoluerit,pectet vobis in dupplo quantum inquietauerit et in cautum domni regis C solidos persoluat.

Facta carta mense marcii.Sub era Mª CCª LXXXª VIª. Tempore domni rex Fernandus in Castella et in Legione.Michaele episcopo in Luco.Tenentem Sarriam Ruderico Froylle.Domnus Aldefonsus Lupi comendator in Ponte Minei et tenente Paramo.

Qui presentes fuerunt:Petrus Odarii de Guayam.Nunus Munioni de Pepin. Vaasco Munioni de Fillol.Rudericus Pelagii de Roosende.Nunus Sancii de Sancti Martini de Meda.

Dominicum Johannis,notarii Sarrie,notuit.

110

1248-abril-27

PACTO ENTRE PELAYO IBAÑEZ,ABAD DE FERREIRA DE PALLARES,Y PEDRO ARTARIO,SOBRE HEREDADES PERTENECIENTES A DICHO MONASTERIO.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/7, 115 x 108 mm. Carta partida per a,b. Minúscula diplomática.

Sciant presentes et futuri,quod ego,Pelagius Johannis, abbas,una cum omni conuentu monasterii Sancte Marie de Ferrarie,vobis Petro Artario de Uilar Aldar,facimus cartam tali uerbo in perpetuum de quanta hereditate habemus et habere debemus per uiam de Ienat usque ad portum de Ambaria ad iusum suum portum cum sua aqua.Et est ipsa hereditas sub aula Sancte Marie monasterii de Paliares.Damus uobis et concedimus ipsum per talem pactum:Quod plantetis eam et faciatis in eam unum molinum usque proximam Pascam.

Et ego,Petrus Artarii,uel quis uenerit in mea uoce, concedo senper dare medietatem partem de quanta ganancia et quanto fructo ibi habuerit monasterio de Ferraria sine carta.Et concedimus uobis senper anparare cum ista hereditate ad directum.Scilicet,si forte uos quam uestra posteritas non potueritis possidere ipsam hereditatem,senper deber esse quita et ficar libri ad monasterium de Ferraria.

Et ipsa hereditas habemus de Maria Ruderici de Caal cum alia.Et hoc scriptum plenam habeat firmitatem.

Facta carta tali uerbo,sub era Mª CCª LXXXVIª et quotum Vº kalendas maii.Regnante rege Fernando in Legione et in Castela et in alias uilas de terra de mouros.Michaele lucensi episcopo.Ruderico Gomet tenente Montem Rosum.Maiorino domni regis M.Fernandi de Rodario.R.Fernandi et M. Fernandi de Rodario tenentes Paliares.Simon Pelagii maiordomo in Quintanela.

Qui presentes fuerunt:Pelagius Johannis,ts.Johannes Pelagii,prior,ts.Petrus Martini,monachus,ts.Dominicus Petri,monachus,ts.Lonius Pelagii,monachus,ts.Johannes Ruderici de Uilar Aldar,ts. et cf.Pelagio,criado de fratribus, ts. et cf.Multi homines quos uiderunt et audierunt,ts. et cf.

Johannes Petri qui notuit,ts. et cf.

111

1248-mayo-18

PEDRO,CLERIGO,VENDE A PEDRO PEREZ Y A SU HIJO JUAN PEREZ UNA HEREDAD POR VEINTE SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/8, 140 x 120 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Ego,Petrus,clericus,vobis Petrus Petri et filio uestro,Johanne Petri,faciocartam uendicionis de tota mea ereditate qua abeo in sub carecra,in casale Uetularet,sub aula Sancti Saluatoris,pro precio nominato et decima XX solidos;de quo precio sum bene pagatus et contra uos de eo nil remansit.Uendatis,faciatis de ea quid uolueritis.

Et si aliquis,ex parte mea uel alia,uoluerit frangere istam cartam,pectet ipsam ereditatem duperatam et LX solidos domino terre et sit damnatus cum Iuda.

Facta carta sub era Mª CCª LXXXVIª et quotum XVº calendas iunii.Regnante rege Fernando.Episcopo Johanne Compostele.Episcopo Michale lucense.Prestamecro Pelagius Johannis. Clericis Johanne Arie et magordomo Petrus Soga.Capelano Munio Rodirici.

Qui presentes fuerunt:Fernandus Munit,sacerdos,ts. et cf.Nicolaus Petri.Rudericus Cotoise.Johannes Siluestre. Johannes Goefret et alii multi.

Johannes Petri,notarius de Milidi,qui notuit et presens.(Signum)

112

1249-marzo-10

JUAN DOMINGUEZ PIGNORA SUS HEREDADES DE MATEY, VILAMARELLE Y QUINTANAS POR TRES SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/9, 75 x 220 mm. M inúscula diplomática.

In Dei nomine.Notum sit quod ego,Johannes Dominici Sancte Eugenie,vobis M.Dominici,monacho de Ferraria,facio carta de pignoribus de quanta hereditate habeo et habere debeo in Matei et in Uila Mereli et in as Quinttanas et in totis terminis eius,discurrente ad ecclesias Sancte Marie de Ferraria et Sancti Uincencii de Uila Mereli.Et accipio a uobis pro ea in pignoribus III solidos legionenses per talem pactum:Quod semper temeatis et numquam tollant uobis pro alio homine ipsam hereditatem.Et quando uoluero uendere ipsam uel subpignorare uel dare ad laborem,concedo eue nunquam dem ipsam erga uobis M.Dominici et nunquam alio homini per talem pactum quod semper detis mihi quartam partem de quanto ibi habuerit in ipsam annuatim.

Et ego,M.Domnici concedo uobis,Johanne Dominici,alium talem uerbum,dem alia tanta hereditate in ipso casale.Et si forte algum de nobis mentire istum uerbum,concedimus inter nos quod senper melioret per istam hereditatem alio quod non mentire istum uerbum et senper hoc scriptum inuiolatum permaneat.

Facta carta tali uerbo,sub era Mª CCª LXXXVIIª et quotum VIº idus kalendas marcii.Tempore regis domni Fernandi. Episcopi lucensis domni Michaelis.Ruderico Gomet ricomi de Monte Roso.Meirini domni regis Munionis Fernandi de Rodario.Abbatis Pelagius Johannis monasterii de Ferraria. Maiordomi de couto Lubeti.

Qui presentes fuerunt:Pelagius Petri,monachus,ts.Fernandus Framirit,monachus,ts.Petrus Johannis,monachus,ts. Multi homines quos uiderunt et audierunt,ts. et cf.

Johannes qui notuit.

113

1249-abril-9

MARTIN FERNANDEZ Y SU MUJER MARIA IBAÑEZ VENDEN A MUNIO DOMINGUEZ,MONJE DE FERREIRA DE PALLARES,SUS HEREDADES DE VILLA MERELI POR DIEZ SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/10, 105(45) x 222 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris,quod ego,Martinus Fernandi de Matei,simul cum mea mulier,Maria Johannis,uobis Monioni Dominici,monacho, facimus cartam uendicionis de quanta hereditate comparamus de Marina Johannis,filia de Johanne Martini et Dominica Bousu.Et est ipsa hereditas sub signo Sancte Marie de Ferraria et Sancti Uincencii de Uila Mereli et in totis terminis eius,cum omnibus pertinenciis et directuris suis ubicumque potueritis inuenire.Et accipimus a uobis pro ea X solidos legionenses.A modo de ea faciatis uestram propriam uoluntatem et uox uestra post uos,meo dominio remoto et potestate.

Si uero aliquis contra hoc uenerit uel uenero,sit maledictus et quod calumpniatus fuerit,uobis duplatum restituat et hoc scriptum inuiolatum permaneat.
Factum est era Mª CCª LXXXª VIIª et quotum Vº idus aprilis. Tempore regis domni Fernandi.Episcopi lucensis domni Michaelis.Ruderico Gomet tenente Montem Rosum.Meirini domni regis Munionis Fernandi de Rodario.Abbatis monasterii de Ferraria domni Pelagii.Maiordomi de couto Matheu de Nesperaria.

Nos, profati Martinus Fernandi et uxor mea Maria Johannis, roboramus et confirmamus.(Signum)

Qui presentes fuerunt:Johannes Fernandi,ts.Johannes Petri Nourin,ts.Dominicus Petri,monachus,ts.Monius Pelagii, monachus,ts.Petrus Gometii,ts.Petrus Nuni,ts.Fernandus ,ts. Multi homines quos uiderunt et audierunt,ts. et cf.

Johannes Petri qui notuit,ts. et cf.(Signum)

114

1244- 1250, febrero-14(1)

GUDIA PELAEZ DE UIGO VENDE AL ABAD DE FERREIRA DE PALLARES, DON PELAYO IBAÑEZ, Y AL CONVENTO DEL MISMO LUGAR SU PARTE EN EL CASAL DE LEVOSENDE POR CUATRO SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero, Lugo, Ferreira de Pallares, 1086/16, 134 x 172 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine. Ego, Gudia Pelagii de Uigo, vobis abbati Pelagio Johannis et monasterio de Ferraria, facio cartam uendicionis de cuanta hereditate habeo et habere debeo in ipso casale de Levesendi. Et accipio a uobis IIII solidos legionenses. A modo faciatis de ea uestram propriam uoluntatem et uox uestra post uos, meo dominio remoto et potestate.

Si uero aliquis contra hoc uenerit uel uenero, pectet regie uoci L solidos et hoc scriptum inuiolatum permaneat.

Factum est era Mª CCª LXXXXª et quotum XVI kalendas marcii.

(1).-La fecha del doc.es de 1252, pero es imposible pues entonces gobernaba desde dos años antes don Munio Peláez.

115

1250-abril-17

PEDRO IBAÑEZ DONA AL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES LOS BIENES HEREDADOS DE SU MADRE,POR LA SALVACION DE SU ALMA.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/11, 135 x 90 mm. Minúscula diplomática

In Dei nomine.Notum sit quod ego,Petrus Johannis,miles Sancti Vincencii,vobis abbati Munioni Pelagii et omni conuentui Sancte Marie de Ferrarie de Paliaris,facio cartam donacionis,pro anima mea et matris mee,de quanta hereditate habeo et habere debeo,ex parte mee matris,Maior Ordonii,in ecclesia Sancti Iuliani de Aurol et in casale de Quintiam et in casale de Grolos et in totis terminis eius,cum omnibus pertinenciis et directuris suis,discurrente ad ecclesiam Sancti Iuliani de Aurol et Sancte Crucis de Grolos. A modo faciatis de ea uestram propriam uoluntatem et uox uestra post uos,meo dominio remoto et potestate.

Si uero aliquis uel uenero hoc uenerit contra,sit maledictus et uobis pectet L solidos et regie uoci C solidos persoluat et hoc scriptum inuiolatum permaneat.

Facta carta donacionis sub era Mª CCª LXXXVIIIª et quotum XVº kalendas maii.Tempore regis domni Fernandi.Episcopi lucensis domni Michaelis.R.Gomet ricomi de Monteroso. Meirini domni regis Munionis Fernandi de Rodario.Maiordomi de Paliares Petri Arias de Castelo.

Ego,prefatus Petrus Johannis,roboro et confirmo.

Qui presentes fuerunt:Abbas Munio Pelagii et omnis conuentus monasterii de Ferraria,ts.Multi homines quos uiderunt et audierunt,ts. et cf.

Johannes Petri qui notuit.

116

1250-julio-25

PACTO ENTRE EL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES Y LOS HOMBRES DE GRAZOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/12, 120 x 290 mm. Minúscula diplomática.

Era Mª CCª LXXXª VIIIª et quotum VIIIº kalendas augusti.Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris,quod nos,domnus Johannes Roderici,milite,et Iulianus Muniz,milite de Costante,per uicariam Johanni Diat de Ansimondi et de Nuno Johannis de uillar de Uilla Iuste,fuimus positis inter domnum Petrum Martini,monachum,\pro/ (1)Ferraria,ex vna parte,et homines de Gracioes,ex alteram,super demandas qua faciebat dictum Petrum Martini,monachum pro Ferraria, in casali de Outeiro,videlicet tertiam partem.Vnde uenerunt dicti bono homines superius nominatim.(2)

Venimus ad dictum casalem de Octeiro et de bene placito parcium ita mandauimus inter dictum monachum,ex vna parte,et homines de Grazos,ex altera:Quod homines de Gracios (3)\dederint de sua hereditate apud/ipsum casales in quo stabant (4) macineiras et\dicto Petro Martini/mentre derassent ipsas arbores ibi debuerint partire per medium fructam ipsius arboris et dictum monachum habuisset dictum (5) hereditatem.Et dictam hereditatem debuit stare in manus bonorum hominum iam dictis usque dum fuisset dictum monachum cum dictis bonis hominibus ad Ferrariam et fecissent cartam sigillatam dicto Petro Martini de sigillo de

(1).Tachado " de ".
(2).Tachadas dos palabras.
(3).Tachadas cuatro palabras.
(4).Tachado"dictas mancineiras.
(5).Tachado "larea".

abbete (6).Et dictam cartam staret in manus de bonos homines superius nominati usque dum marcassent ipsam hereditatem et que fossem istos bonos homines ad Ferrariam.(7) Et fuit ad Ferrariam unum de bonis homines,videlicet domnum Iulianum,pro homines,ad dia plazo et non uenit ibi Johannes Ruderici qui erat pro dicto Petro Martini,monacho.Et homines de Grazoes debuerunt per anparare dictam hereditatem de monasterio\de Castello/ et darent duas octauas sementadura homines de Grazoes super Orgeiras apud casam de Orgeiras ad dictum monachum iam dictum a ..... cabo de sua ..... blazo cum sua cabo das casas de Orgearas.

(6).Tachado "et de conuentu".
(7).Tachada una palabra.

117

1250-septiembre

PEDRO IBAÑEZ CON SU MUJER E HIJOS VENDE A DOMINGO PEREZ,CLERIGO,SU PARTE EN EL CASAL DE RIBAS POR CIENTO VEINTE SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/13, 140 x 125 mm. Minúscula diplomática.

Omnibus sit notum presentibus et futuris,quod ego, Petrus Johannis,dictus Ponus de Ribas,simul cum uxore mea,Maria Johannis,et cum meis filiis concedentibus,vobis domno Dominico Petri,clerico presbitero,facio kartam uendicionis in perpetuum ualituram,de quanta hereditate et uoce comparaui de mea tia,Azenda Johannis,in casale de Ribas,sub signo Sancti Petri de Recelle.Videlicet uendo uobis tale quinionem quomodo nos ibi habemus:montes,fontes, terras,per ubicumque potueritis inuenire quantum est ad prestandum hominis.Recipimus a uobis in prescio CXX solidos;pescium quod nobis uobisque complacuit.et tam de prescio quam de roboracione apud uos in debito nichil remansit.

Si quis igitur,ex parte mea uel aliena,super hoc uobis calumniare presumserit,sit maledictus et excomunicatus et pectet uobis CCC solidos et hereditate in triplo.

Facta carta sub era Mª CCª LXXXVIII,in mense septembris.In tempore domni regis Fernandi.Episcopi lucensis domni Michaelis.Ricomi Monti Rosy Ruderici Gomesci.Archiepiscopi compostellani domni J.Arie.Meyrini M.Fernandi.Abbati in Ferraria.Maiordomi P.Munioni.Fernandus Nuni,prelatus ecclesie Sancti Petri de Recelle.

Qui presentes fuerunt:Petrus Roderici de Aua Noua,ts. Petrus Johannis Singral,ts.Arias Pelagii,clericus,ts.Michael Petri,filius Petri Boni,ts.Petrus,ts.Pelagius,ts.Johannes, ts.

Michael Fernandi notuit per mandatum Johannis de Sancto Iacobo notarius Pontis Miney.

118

1251-abril-17

MARIA FERNANDEZ Y SU MARIDO ARIAS PEREZ VENDEN A PELAGIO VERMUDEZ SUS HEREDADES DE TRANSTULFE POR CUATRO SUELDOS Y MEDIO.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/14, 75 x 190 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris,quod ego,Maria Fernandi,simul cum meo marito, Arias Petri Sancti Uincencii,vobis Pelagio Uermudi,militi de Transtulfi,facimus cartam uendicionis tocius hereditais mee qua habemus et habere debemus in Transtulfi ex parte matris mee,Maria Martini de Castro/ et in totis terminis eius,cum omnibus pertinenciis et directuris suis,discurrente ad ecclesiam Sancti Stephani de Transtulfi,per ubicumque potueritis inuenire.Et accipimus a uobis pro ea III solidos et medium legionenses.A modo de ea uestram propriam uoluntatem faciatis et uox uestra post uos,nostro dominio remoto et potestate.

Si uero aliquis contra hoc uenerit uel uenero,sit maledictus et quantus calumniatus fuerit,uobis duplatum restituat et hoc inuiolatum scriptu permaneat.

Factum est era Mª CCª LXXXª et VIIIIª et quotum XVº kalendas maii.Tempore regis domni Fernandi.Episcopi lucensis domni Michaelis. Roderico Gomet tenente Montem Rosum. Meirini domni regis Aunionis Fernandi de Rodario.Maiordomi episcopi Petri Ruderici de terra et torre de Seruiam.

Nos,prefati Maria Fernandi et Arias Petri, roboramus et confirmamus.(Signum)

Qui presentes fuerunt:Petrus Johannis,clericus Sancti Stefani,ts.Petrus Johannis,miles,ts.Johannes Pelagii,presbiter,ts.Martinus Petri,presbiter,ts.Johannes Pelagii,prior, ts.Romanus Petri,ts.Dominicus Johannis,ts.Petrus Petri,ts. Petrus Nuni,miles,ts.Multi homines quos uiderunt et audierunt,ts. et cf.

Johannes Petri qui notuit,ts. et cf.(Signum)

117

1250-septiembre

PEDRO IBAÑEZ CON SU MUJER E HIJOS VENDE A DOMINGO PEREZ,CLERIGO,SU PARTE EN EL CASAL DE RIBAS POR CIENTO VEINTE SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/13, 140 x 125 mm. Minúscula diplomática.

Omnibus sit notum presentibus et futuris,quod ego, Petrus Johannis,dictus Ponus de Ribas,simul cum uxore mea,Maria Johannis,et cum meis filiis concedentibus,vobis domno Dominico Petri,clerico presbitero,facio kartam uendicionis in perpetuum ualituram,de quanta hereditate et uoce comparaui de mea tia,Azenda Johannis,in casale de Ribas,sub signo Sancti Petri de Recelle.Videlicet uendo uobis tale quinionem quomodo nos ibi habemus:montes,fontes, terras,per ubicumque potueritis inuenire quantum est ad prestandum hominis.Recipimus a uobis in prescio CXX solidos;pescium quod nobis uobisque complacuit.et tam de prescio quam de roboracione apud uos in debito nichil remansit.

Si quis igitur,ex parte mea uel aliena,super hoc uobis calumniare presumserit,sit maledictus et excomunicatus et pectet uobis CCC solidos et hereditate in triplo.

Facta carta sub era Mª CCª LXXXVIII,in mense septembris.In tempore domni regis Fernandi.Episcopi lucensis domni Michaelis.Ricomi Monti Rosy Ruderici Gomesci.Archiepiscopi compostellani domni J.Arie.Meyrini M.Fernandi.Abbati in Ferraria.Maiordomi P.Munioni.Fernandus Nuni,prelatus ecclesie Sancti Petri de Recelle.

Qui presentes fuerunt:Petrus Roderici de Aua Noua,ts. Petrus Johannis Singral,ts.Arias Pelagii,clericus,ts.Michael Petri,filius Petri Boni,ts.Petrus,ts.Pelagius,ts.Johannes, ts.

Michael Fernandi notuit per mandatum Johannis de Sancto Iacobo notarius Pontis Miney.

118

1251-abril-17

MARIA FERNANDEZ Y SU MARIDO ARIAS PEREZ VENDEN A PELAGIO VERMUDEZ SUS HEREDADES DE TRANSTULFE POR CUATRO SUELDOS Y MEDIO.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/14, 75 x 190 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris,quod ego,Maria Fernandi,simul cum meo marito, Arias Petri Sancti Uincencii,vobis Pelagio Uermudi,militi de Transtulfi,facimus cartam uendicionis tocius hereditais mee qua habemus et habere debemus in Transtulfi ex parte matris mee,Maria Martini de Castro/ et in totis terminis eius,cum omnibus pertinenciis et directuris suis,discurrente ad ecclesiam Sancti Stephani de Transtulfi,per ubicumque potueritis inuenire.Et accipimus a uobis pro ea III solidos et medium legionenses.A modo de ea uestram propriam uoluntatem faciatis et uox uestra post uos,nostro dominio remoto et potestate.

Si uero aliquis contra hoc uenerit uel uenero,sit maledictus et quantus calumniatus fuerit,uobis duplatum restituat et hoc inuiolatum scriptu permaneat.

Factum est era Mª CCª LXXXª et VIIIIª et quotum XVº kalendas maii.Tempore regis domni Fernandi.Episcopi lucensis domni Michaelis. Roderico Gomet tenente Montem Rosum. Meirini domni regis Munionis Fernandi de Rodario.Maiordomi episcopi Petri Ruderici de terra et torre de Seruiam.

Nos,prefati Maria Fernandi et Arias Petri, roboramus et confirmamus.(Signum)

Qui presentes fuerunt:Petrus Johannis,clericus Sancti Stefani,ts.Petrus Johannis,miles,ts.Johannes Pelagii,presbiter,ts.Martinus Petri,presbiter,ts.Johannes Pelagii,prior, ts.Romanus Petri,ts.Dominicus Johannis,ts.Petrus Petri,ts. Petrus Nuni,miles,ts.Multi homines quos uiderunt et audierunt,ts. et cf.

Johannes Petri qui notuit,ts. et cf.(Signum)

119

1251 -septiembre-8

EL OBISPO DE LUGO MANDA QUE SE VERIFIQUE LA LEGALIDAD DEL TESTAMENTO DE DOÑA CONSTANZA MARTINEZ,PRIMERA ESPOSA QUE FUE DE DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/15, 180 x 240 mm. Minúscula diplomática.Tiene dos enormes manchas de humedad que hacen imposible la lectura en esas partes.

Sub era Mª CCª LXXXVª IIIIª et quotum VI idus septembris.

Testes quos domnus Michael,lucensis episcopus,reciperi et examinari mandauit,ex assenso suo,per Fernandum Pelagii,plublicum notarium lucensis ecclesie,ad probandum testamentum quod domna Costancia Martini,quondam uxor domni Munionis Fernandi de Rodario,ad obitum suum fecit.

Domnus Fernandus Lupi de Lamas,miles,iuratus dixit: Quod quondam die fuit uocatus et rogatus quod audieret testamentum domne Costancie Martini predicte et interesset eidem et,eo presente, et multis aliis,qui ad hoc fuerant specialiter conuocati,scilicet:Petro Johannis,freyre de Uillar de Donas;Dominicum Johannis, Dominicum Petri,Johannem Pelagii,clericis Sancti Martini del Conde;Johanne de Gomeele,Dominicus Johannis,laycis; et domne Terasie Rodericis et aliis quam pluribus.

Domnus Munio Fernandi rogauit multum domnam Costanciam que suum ,per ipsos testes **quodam presentes**,conderet testamentum.

Et ts: **Ipsa** respondit:Ego relinquo uobis et in uobis omnia bona mea quod uos,secundum quod uideritis et uobis procuretis ,ordinetis et faciatis.

Ts: **Ipse** domnus Munio dixit ei: Rogo uos et consulo quod relinquatis hereditates uestras de Leyro et Uicenes monasterio de Superaddo,pro anima uestra.

Ts: Ipsa respondit: Bene video et intelligo quod bonum consilium datis mihi et fiat. Et ego lego eas ipsi monasterio Superaddi,ita tamen quod uos,domnus Munio,teneatis et possideatis eas in tota vita uestra cum omnibus aliis rebus meis.

Item domnus Munio Fernandi dixit ei: Dico et consulo uobis quod omnia que habetis in Toronio relinquatis domne Sancie Fernandi,uestre prime congermane. Et ad hoc ipsa noluit loqui uerbum.

Item dixit ei: Consulo uobis quod legetis Martino Gunsalui,uestro primo congermano, hereditatem et cautum uestrum de Laureyro.

Et ipsa dixit: Certe nichil relinquo ei.

Et ad ultimum si respondit: Ego lego uobis,domno Munioni Fernandi,marito meo,omnes hereditates meas et pausas et ecclesias,cum totis pertinenciis suis et de omnia alia bona mea,quod uos ea iure hereditario habeatis et possideatis et uestram elemosinam faciatis de ipsis,sicut uobis uisum fuerit.

Et iste testis bene credit quod ipsa dixit ibi sic. Si uos ..... feceritis,bene habeatis inter de tempore,die et hora et locum.

Respondit quod proximo preterita die martis post rami ..... unnum annum,in hora none,in palacio de cima ad anulum uel in medio palacii.

Dixit quod in quadam culcitra in .... de tem .... quilitate.

Respondit tempore tunc esse serenum.

Inter si ipsa domna adhuc erat bene compos sui,respondit quod ..... tea mutauit hoc testamentum,respondit quod sit:Pro uero quod numquam postea mutauit illud quod hoc fui ..... ione et eadem die,in uesperis,eo uidente, ... ipsa decessit.

Frater Petrus Johannis de Uillar de Donas,iuratus dixit idem quod ..... .

Dominicus Johannis,presbiter de Sancto Martino del

Conde,iuratus dixit idem quod proximus es.

Dominicus Petri,presbiter de Sancto Martino del Conde, iuratus dixit idem quod primus.

Johannes Pelagii,presbiter de Sancto Martino del Conde,iuratus dixit idem quod primus\per totum/.

Johannes de Gomeelle,iuratus dixit idem quod proximus per omnia et eisdem uerbis.

Et sciendum quod ego,Fernandus Pelagii,publicus notarius ecclesie lucensis,de mandato et auctoritatem domni Michaelis,lucensis episcopi,prescriptos testes recepi et examinaui et eorum deposiciones fideliter in publicam forma redegi.Verum ne huiusmodi series testamenti possit in posterum ab aliquo in dubium reuocari,domnus Michael,lucensis episcopus,presenti cedule sic conscripte sigillum suum apponi mandauit.

Ego, predictus notarius, sigillum meum appono.

Ego, prenominatus Fernandus Pelagii,publicus notarius lucensis ecclesie,notui.

In Sancto Martino del Conde inter si iacebat in lectum uel in cama,Martinus Johannis,laycus,de Sancto Martino del Conde,iuratus dixit idem quod primus.

120

1252-febrero-14

MARIA NEVIS,CON SU HERMANA Y SOBRINA,VENDEN AL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES SU PARTE EN UN CASAL DE LOVESENDE POR DIECIOCHO SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/16, 134 x 172 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Notum sit omnibus hominibus presentibus et futuris,quod ego,Maria Neuis et sorore mea,Dominica Neuis, et nostra suprina,Marina Fernandi de Uigo,vobis, abbati Munioni Pelagii et monasterio Sancte Marie de Ferraria,facimus cartam uendicionis de quanta hereditate habemus et habere debemus (1) in casale de Petro Johannis,in Louesendi et in totis terminis eius,cum omnibus pertinenciis et directuris suis,discurrente ad ecclesiam Sancti Eolalie de Pradaneda.Et accipimus a uobis pro ea XVIII solidos legionenses.A modo de ea uestram propriam uoluntatem faciatis et uox uestra post uos,nostro dominio remoto et potestate.

Si uero aliquis contra hoc uenerit uel uenero,sit maledictus et quod calumpniatus fuerit, uobis duplatum restituat et regie uoci L solidos pectet et hoc scriptum inuiolatum permaneat.

Factum est era Mª CCª LXXXXª et quotum XVIº kalendas marcii.Tempore regis domni Fernandi.Episcopi lucensis domni Michaelis.Roderico Gomet ricome Monterrosi.Meirini domni regis Munionis Fernandi de Rodario.

Nos, prefati Dominica et Maria et Marina, roboramus et confirmamus.

Qui presentes fuerunt:Prior Johannes Pelagii,ts.Pelagius Petri,monachus,ts.Abbas Munio Pelagii cum omni conuentu,ts. et cf.

Johannes Petri,ts. qui notuit.

(1).Repetido"debemus".

121

1253-mayo-14

TESTAMENTO DE DON RODRIGO PEREZ

B.-A.H.N.-Clero,Lugo,Catedral,1351 H/26,140 x 230 mm.Traslado notarial.Minúscula diplomática.

Testamentum de Roy Pedrez.

Quanto quinon de Santa Maria de Perreira de Palarez,toda la lexo a la gloricsa Santa Maria et a isso morestero missmo.

Et eyo,Ruy Pedrez,mando a Santa Maria de Lugo quanta heredat ey en Zole,iglesal et leigal.

Et mando a Vilar de Donas uos qui i si por mi alma.

Et mando iglesarios de Riba de Neira Et de Bolanio Eluire Arie et suo filio.

Mando mios iglesarios de Parares et heriat de mi madre,qui la tengan mios fios fata que sea quita de lo que les deuo,et pos que torne a mi muier,Maior Perez, et a mio filo,si lo quer;et si non quer filo o fila dela, tengala en sos dias,et pos sos dias,mando que fique a Santa Maria de Bolrado,por mi alma.

Erga Villa Fiiz et Santo Pedro de Nera, mando Vilar de Boueda que a Ruy Muniz entregen seu quinon ende et a Ferran Lopez et desi aia mi muier su direcho.

Et mando a Santa Martha por el tuerto que i fiz et quito lo que i ey.

Et quito de maiorgado a Pray Perez et a todos los otros que toueron algo de mi.

Et mando que Fernan Rudriguez,mio scudeiro,que uenda mia mula et retenga ende CC soldos para si,et lo dimais page por mi alma u Gunsaluo Rodriguez,mio tio, entender que melior es.

Et mando de Santo Pedro de Nera,que cada uno receba su quinon et eio ielo do et quito.

Et mando a don Gonsaluo Perez,mio ermano,sua loriga de caualo,que la che en Burgos,et rogole muito que

la quite.

Vt mando Laurentio Perez mia lorica et mias ieoleiras,que las quite et que las aia.

Vt clamo merced al abat et al conuentu de Santa Maria de Sobrado,que canten por mi CCC missas que foron a mi dadas en penitenza.

Vt a uos,mio ondrado ermano,don Gunsaluo Perez, rogo et piedo a uos merced,que mi perdonedes ela erdat que tengo de uos,qui mi la quitedes para conprir aquisto que eo mando,et pedouos merced que perdonedes a mios omes et que les fazades alro.

Vt mando mia capa al abat de Santo Saluador por mi alma,que me confesso.

Vt al scriuano que scriuio mio testamento V soldos.

Testigos que foron presentes et uiron et oiron: Ferran Suarit de Leiro,Rodrigo Aluariz,cauaeros.Laurentius Petri.Gunsalbus Perez.Petrus Uermuiz de Leiro. Johannes Perez de Leiro.Johannes Rudrigez.Rudrigo Ianes.Arias Martini,scudero.

Actum est hoc apud Cascaorado,pridie nonas januarii.

Martin Sanchiz de Sanauilla scripsit et signauit.

Ego,Fernandus Pelagii,notarius lucensis,de mandato et auctoritate domni Michaelis,lucensis episcopi,transcripsi de quadam carta sigillo domni Didaci Lupi de Faro sigillata.

In era Mª CCª LXII et quorum pridie idus maii.

Presentibus:Petro Taban,clerico de choro lucensi. Johanne Johannis,clerico de Sonnar.Fernando Velasci, clerico de choro.Martino Johannis,presbitero de choro lucensi. Et multis aliis.

122

1257-julio-5

CONCORDIA ENTRE DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO Y DON FERNANDO MUÑEZ Y DON ARIAS MUÑEZ.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/10, 200 x 322 mm.Minúscula diplomática.

In Dei nomine. Esta es la composicion que fue fecha entre don Monio Ferrandez,de la una parte,et don Ferran Muniz et don Arias Muniz,fijos de don Muno Ferrandiz d'Orzellom,de la otra,sobre las herdades que foron de don Martin Ferrandiz dOrzellon et de don John Ferrandiz et de don Nuno Ferrandiz;assi sobre las que son en Galliza como sobre las que son en Purtugal (1).Sobre las quales era la entencion en tal manera que los auandichos caualleros,Arias Muniz et Ferran Muniz,deuen auer libres et quitas todas las herdades que don Martin Ferrandez d'Orzellon et don Johan Ferrandiz auien et deuien auer en el regno de Portogal. Las quales don Monio Ferrandiz ganara por razon de domna Costanza\Martinez/ (2) sua muger.

Et don Monio deue auer liures et quitas de los auandichos caualleros et de sua uoz todas las herdades que los auandichos don Martin Ferrandiz et don Johan Ferrandiz auien en Galiza.

Et don Monio quita a ellos toda la herdadura que a ellos acanzaua por razon de don Nuno Ferrandiz,seu padre. La qual tenie saluo dende el quarto del casal de Canaual et el quarto del casal de Sancta Eugenia que los dichos caualleros li quitam por sempre.

Et don Monio deue entregar a ellos la dicha herdadura que fue de don Nuno Ferrandiz ocuier que sea en Galizia, saluos los derrechos quartos.

Et por aquesto seer mays firme,feziemus fazer II cartas partidas per a,b,c. per el notario de Seuilla et

(1). Tachado "Ferran Muniz".
(2).Tachado "muler".

seeladas de los seellos.

Damos las presentes et firmamdas sub pena de quinientos morabitinos et fue raydo et emendado al tercero renglon,o diz que fue fecha a carta in Sibilla,mandado Petri Lupi,publici notarii.

Era Mª CCª IXLª prima,quinta dias mensis iulii.

123

1253-julio-5

DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO PIGNORA SUS POSESIONES ANDALUZAS POR DOSCIENTOS MORABITINOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/17, 225 x 182 mm.Carta partida per a.b.c. Minúscula diplomática currens.

Conosçuda cosa sea a todos los ommes que esta carta uierem,como yo,don Monnio Ferrandes de Rodeyros,obtorgo que empenno a uos,don Abraham Aben Mazah,todo quanto herdamiento el rey me dio en donadio en aquela alcaria,que en tiempo de moros dizien Punnana,et pus el nome el rey don Alfonso,Gallega;con casas et con uinnas et con huertas et con eluiras et con figuerales et con granadales et con molinos dázeyte et con entradas et con exidas et con todas sus pertenençias,quantas a et auer deue,por preçio conolrado dozientos morabitinos alffonsis,contados a XVI de pepiones cada morabitino.Los quales morabitinos yo reçebi de uos et fuy dellos muy bien pagado et pasaron a mis manos et a mi mandamiento.

Et deuo uos quitar este herdamiento sobredicho fasta dizeocho meses complidos,los primeros que uienen doy dia que es fecha esta carta.Et deuedes leuar oganno todos los esquilmos déste herdamiento.

Et si por a uentura yo uos quitare este herdamiento ante del plazo et uos lo ouieredes dado a laurar,quiere a medias,quier a terçio,que as. como uos lo dierdes que seades creydo por uestra palaura et sacada aquela parte del laurar que lo que fincare que lo fagamos dos partes et que renga yo la una parte et uos la otra,por ganançia de uestros morabitinos.

Et si yo,a cabo de los XVIII meses,non uos quitare este herdamiento,que sean uestros todos los esquilmos et a cabo de los XVIII meses,si non uos quitare este herda-

miento,que seades poderoso uos,o qui esta carta mostrare, de la uender por mano de corredor de conçeio a qui mas diere por ello et entegraruos de [illegible] morabitinos Et si de mas y uiniere,que me lo tornedes et si de menos, yo uos fiador de lo complir.Et meteo commo fiador a don Gonçaluo Melendez mento de poy so renda a tal pleyto: Que si el pechare por esta fiadura que yo le quite sin danno.Et don Gançaluo Melendez et yo don Monnio Ferrandez nos anuos de mancomum et a uoz duno el uno por el otro cada uno por lo todo que truuedes de qual quisierdes de nos et a qual que cumpla lo que el herdamiento non cumpliere.Et somos fiadores de redrar de todos los ommes del mundo que este herdamiento uos quisiere demandar o contrallar,todo o dello;nos uos somos fiadores de redrar con nostros cuerpos et con nuestros aueres,con quanto oy dia auemus et auremos daqui adelante,de manera como finquedes con herdamiento fasta el plazo en todas maneras.

Et si de uender fuere del plazo adelante,nos somos fiadores a qui quier que lo compre.

Facta carta V dias de julio,era MCCª nonagesima prima.

Ego,Petrus Luppi,scriptor Sibille,sum ts.Ego,Domingo Ferrandez,scriptor,sum ts.Et ego,don Gomit,ts.

Et por mas firmedumbre do uos la carta del donadio que el rey me dio con ello.Et quando uos diere los morabitinos,que me la dedes.

Ego,Petrus Luppi,scriptor Sibille,sum ts.Ego,Domingo Ferrandez,scriptor,sum ts.

Ego,Ramon Perez,scriptor,scripsi et sum ts.

124

1253-octubre-17

DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO DOTA A SU PROMETIDA, DOÑA MAYOR ALFONSIZ,CON QUINCE CASALES.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/18, 215 x 210 mm. Minúscula diplomática currens.

In honore Domini,amen. Notum sit omnibus,quod ego, domnus Munio Fernandi de Rodeyro,miles, pro me et pro omni uoce mea,grato animo et spontanea uoluntate, do et dono et firmiter concedo vobis,domne Maiori Alfonsi, filie domni Alfonsi Suerii,militis,et uxoris sue,domne Tarasie Johannis,omnique uoci uestre, in perpetuum, quindecim casalia populata cum tota sua populatione et cum omnibus suis directuris et pertinenciis et cum omnibus que ibi habeo.Videlicet,duo casalia in Callio,in filigresia Sancte Marie de Felgueira;vnum casale in Sancii,in filigresia Sancti Felicis;vnum casale in Villa,in filigresia Sancti Tirsi de Venduro;vnum casale in Rodeyro quod uocant de Senara,in filigresia Sancti Vincencii de Rodeyro;aliud casale in eadem filigresia,quod uocant de Monte;aliud casale in Villa de Rodeyro,in eadem filigresia,quod ego comparaui de uoce Munionis Çamam;vnum casale in Suyme,in filigresia Sancte Marie de Pescoso;vnum casale in Buual,in Villa Noua,in filigresia Sancte Marie de Barra;vnum casale in Castella,in Treuedo,in filigresia Sancte Columbe;vnum casale in Ceelle,in Castella;vnum casale in Rio Bono;aliud in Perario;aliud in Pousada et aliud sub Perignario,in filigresia de Masede.

Et in uos possesionem et proprietatem istorum quindecim casalium cum tota sua populatione et cum omnibus suis directuris et pertinenciis et cum omnibus que ibi habeo, transfero per tradicionem istius presentis carte quod uobis inde fieri facio et eam uobis trado in presencia

notarii et testium subscriptorum.

Et istam donationem ideo uobis facio quod mecum receditis de domo patris uestri et matris uestre.Et volo quod ista donatio ualeat quacumque modo possit ualere et extendatur ad quemcumque donationis speciem et ad quencumque casum in quo magis teneat et possit ualere.Nec possit per me uel per alium aliquo modo retractari uel impugnari et renuncio omni iuri et exceptioni et priuilegio et auxilio communi et speciali,si que mihi competunt uel competere possent,contra istam donationem. Et insuper iuro ad Sanctam Dei Euangeliam,numquam contrauenire per me uel per alium,in toto uel in parte.

Et si forte,contra predictam uel aliquod predictorum, me uenire uel facere contingerit,pectet uobis uel uoci uestre mille morabitinos fortis monete,donatione ista nichilominus in suo robore permanente. Et debeo uobis omnia predicta casalia cum tota sua populatione et cum omnibus suis directuris et cum omnibus que ibi habeo amparare ab omni impetitione omnium hominum,per me et per omnia bona mea mobilia et inmobilia,tam habita quam habenda,que uobis propter hoc obligo.

Ab hinc igitur usque in secula seculorum uos et omnis uox uestra integre habeatis et pacifice possideatis omnia predicta casalia cum omnibus predictis que uobis ibi do et dono cum omnibus suis directuris ad ea pertinentibus per suos terminos et diuissiones antiquis,ibicumque fuerint.Et omne uelle uestrum de eis in perpetuum faciatis. Hoc tamen saluo,quod constante matrimonio inter me et uos, et nobis uiuentibus in simul tamquam viro et uxore,ego possideam ea nomine uestro,recipiendo fructus ad commodum utriusque et ego constituo me ea uestro nomine possidens.

Facta carta XVI kalendas nobembris,sub era Mª CCª LXLª prima.

Ego iam dictus in hac carta manus meas.(Signum)

Qui presentes furunt:Sancius Fernandi,dictus Toco. Laurentius Guterrii. Garsias Alfonsi de Felgeyra.Velascus

Petri de Brea.Martinus Sancii de Noceda.Laurencius Johannis de Selle.Sancius Oduarii.Laurencius Fernandi Farina.Petrus Pelaez,dictus Uoytorom.Garsia Fernandi de Parada.Johannes Fernandi Rautus.Johannes Egidii,milites.Martinus Fernandi de Saydres.Dominicus Arie de Prado et Arias Pelagii de Sancto Tirso,clerici.

Ego,Oduarius Johannis,notarius compostellanus iuratus,interfui et confirmo et de mandato meo infrascriptus Fernandus Johannis scripsit.(Signum)

Ego,Fernandus Johannis,de mandato Oduarii Johannis, notarii compostellani iurati,scripsi.

1253-noviembre-21

PEDRO NUÑEZ VENDE A JUAN LIS Y A OTROS UNAS HEREDADES EN SAN MIGUEL DE CONSTANTE Y EN SAN GREGORIO POR DIEZ SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/19, 85 x 260 mm. Minúscula diplomática.

(Christus).Sub Christi nomine.Ego,Petrus Muniz,vobis Johanni Lis,Petro Fernandi,Petro Martini et Marie Martini, domno Odoario et fratribus uestris,Petro Muniz et fratribus uestris,Petro Pelagii et Marie Johannis,soprine uestre, Johanni Johannis et Petro Martini,libenti animo,uendo totam hereditatem meam quam habeo et habere debeo in casali de Costante,cum totis pertinenciis et directuris suis,sub aula Sancti Michaelis de Costante et sub aula Sancti Georgii.Et accipio a uobis pro ea X solidos legionenses.A modo habeatis semper in pace et uox post uos,meo dominio remoto et potestate.

Facta carta uendicionis era Mª CCª LXXXXIª et quotum XIº kalendas decembris.Tempore regis domni Adefonsi.Episcopi lucensis domni Michaelis.Maiordomi Johannis Lis.

Ego,prefatus Petrus Muniz,roboro et confirmo.(Signum)

Et sciendum quod dictus Johannes comparat quartam partem et tres quintas alterius quarte partis,et Petrus Pelagii et Maria Johannis quartam partem,et Petrus Fernandi quintam unius quarte.

Qui presentes fuerunt: Petrus Petri de Bustelo,ts. Petrus Fernandi,ts.Pelagius Fernandi,ts.Petrus Diaz,ts.

Fernandus Pelagii,notarius lucensis,notuit.(Signum)

Et sciendum quod Vrraca Muniz non comparat in ista hereditate cum Petro Muniz,fratre suo.

1254-enero-2

PEDRO RODRIGUEZ Y JUAN RODRIGUEZ VENDEN A DON MUNIO FERNANDEZ UNA HEREDAD EN MOUGAN POR DOCE SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/20, 260 x 85 mm. M inúscula diplomática.

(Christus).In Dei nomine.Ego,Petrus Ruderici,et Johannes Ruderici,uocatus Çariç,et Dominica Ruderici,nullo nos cogente,vobis,domno Munio Fernandi,facimus cartam uendicionis tocius nostre hereditatis que habuimus ex auis nostris,sub aula Sancte Marie de Mougam;et est in casale que uocant Rana.Uendimus uobis et concedimus quantum ibi habemus,(1)cum omnibus suis pertinenciis nouis et antiquis.Et accepimus in precium X solidos,monete regis.Habeatis eam in perpetuum uos et posteritas uestra post uos,nostro dominio remoto.

Facta carta uendicionis sub era Mª CCª LXLIIª et quotum IIII nonas ianuarii.Adefonsus rex Legione et Castelle. Michael lucensis episcopus.Ricome Rudericus Gomesci.Tenente Palaris Munio Fernandi et Rudericus Fernandi.Maiorinus Petri Arie.Saon Nicolaus Johannis.

Ego,Petrus Ruderici,et Johannes Ruderici et Dominica Ruderici hanc cartam roboramus et confirmamus.

Qui presentes fuerunt:Fernandus Johannis,clericus de Mougam,ts.Ysidorus Michaelis,ts.Johannes Ugodi,ts.Petrus Arie,ts.Rudericus Arie,ts.Francus Lupi,ts.Valarec,ts.

Michael Fernandi notuit.(Signum)

(1).Repetido en el texto"et concedimus quantum ibi habemus"

1254-marzo-23

NUÑO RODRIGUEZ VENDE POR TRECE SUELDOS A MARINA MUÑOZ UNA HEREDAD EN LA VILIGRESIA DE SAN CRISTOFORO DE GOMELLE.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1088/13, 54 x 241 mm. Minúscula diplomática.

(Christus).Sub Christi nomine.Ego,Nuno Ruderici,pro me et pro Maria Pelagii,uxore mea,vobis Marina Muniz,et filiis uestris,libenti animo,uendo totam hereditatem qua comparauimus de Maria Petri,in tota filigrigia de Sancti Christophoro de Gomaelle,cum pertinenciis suis.Et accipio a uobis pro ea XIIIº solidos legionenses.A modo eam habeatis semper in pace,nostro dominio remoto et potestate.

Facta carta uendicionis era Mª CCª LXLIIª et quotum Xº kalendas aprilis.Tempore regis domni Alfonsi.Episcopi lucensis domni Michaelis.Maiordomi Petri Ruderici.

Ego,prefatus Nuno Ruderici,roboro et confirmo.(Signum)

Qui presentes fuerunt:Johannis Petri,presbiter,ts. Stephanus Ruderici,ts.Petrus Pelagii,ts.

Fernandus Pelagii,notarius,notuit. (Signum)

128

1254-junio-22

CARTA DE DONACION DE MARIA PEREZ AL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1086/21, 180 x 85 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine,amen.Notum sit presentibus et futuris, quod ego,Maria Petri,facio cartam donationis tocius mee hereditatis qua habeo et habere debeo in ecclesiis et in uoce laycali,sub signo Sancte Marie de Zolle,in Nadalle et in Uigo et sub signo Sancti Michaelis de Constanti in Ripa et in Bazaredo et in Palaciis et sub signo Sancti Iurgi,vobis domno Munioni,abbati Sancte Marie de Ferraria et monasterio et conuentui de Ferraria et dono predictam hereditatem uobis predictis,per ubicumque eam inuenire potueritis,cum omnibus pertinentiis suis,pro anima mea et parentum meorum.Dono insuper uobis quantam uocem habeo in ecclesiastico,ubicumque eam inuenire potueritis.

Et si quis contra hanc donationem maliciose uenerit, sit maledictus et cum Iuda perditus in inferno et pectet monasterio CC solidos,carta uero nichilominus ualore careat.

Facta carta era Mª CCª LXXXXIIª et quotum X kalendas iulii.

Qui presentes fuerunt:Domnus abbas,ts.et cf.Petrus Stephani,ts.et cf. J.Pelagii,prior,ts.et cf.F.Frumiri, ts.et cf.Dominicus Petri,ts. et cf.Et alii fratres,ts.et cf.Fernandus Muni,Sancti Cipriani clericus,ts.et cf. Lupus Petri,miles de Fontano,ts.et cf.Lupus Arie,miles de Nadale,ts.et cf.

Benedictus qui notuit.

129

1254-julio-14

TESTAMENTO DE DON MARTIN IBAÑEZ CLERIGO DE SANTA MARIA DE ALTO.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de pallares,1086/22, 170 x 245 mm. Minúscula diplomática currens.

In era Mª CCª LXXXXIIª et quotum pridie\idus/ (1) iulii. Hoc est testamentum domni Martini Johannis,clerici de Sancta Maria de Alto.

Imprimis hoc sunt debita mea que debeo.In primo debeo M. Petri,burgensi lucensi,XL solidos e VIIII de pannis quos tiraui de eo.Debeo M.Martini,meo mancipio,unum zuramem et unam sayam de isto anno aut denarios pro ipsis et duas bragas et unam camissiam;et de alio anno transsauto bragas et camissiam et unos sotulares et debeo etiam ei unam octauam sementatem in leyra de Pereyraa.Debeo Eldoza Johannis III solidos quos mihi seruiui.Debeo M.Calue II solidos quos mihi seruiui.

Istis debitis pacattis,quicquid habeo de ecclesia totum dimitto in ecclesia,tamen quod habeat archidiaconus et ecclesia lucensis ius suum.Et quicquid habeo in laycali et totum laycale meum mando propinquioribus meis. Mando Johanni Martini et Maiori Martini hereditatem que iacet in Nacuina,qua ganaui de Lupo Johannis et partem meam molendini mei de Fondo de Uilla,pro seruitio multo que mihi fecerunt et mando quod possideant ipsam per X annos sine aliis et habeant interim partem suam in aliam cum aliis fructibus suis. Mando quod unam leyram que iacet ad Cuynam et ad careriam ecclesie,quod nescio utrum sit ecclesie uel non,et ideo mando (2) ipsam ecclesie.

(1).Borrado por expuntuación "kalendas".
(2).Borrado por expuntuación"mando".

Mando etiam ..... de quadam leyra de Moreyra,qua tenui de Garsia Suerii in pignore pro XXX solidis et medio, et dedi semper de ipsa quartam parte,dimitto eis XV solidos et medium filiis suis.Et de aliis XX,mando Roderico Petri de Uila Fiyz V solidos et Petro Fernandi de Sancta Cruce V solidos,si euenerit ut pre ipsis moriar.Et mando alios X ipse ecclesie Sancte Marie de Alto,tamen quod non comedant ipsos clerici nec bibant sed mittantur in comedum ecclesie. Mando etiam de hereditate qua comparaui de Suerio Sanoii ..... et illam qua habeo de patre meo et de mea matre/,quod mittant ipsam ad partitionem cum parentibus meis,si ipsi uenerint cum illa qua tenent.Mando etiam,de illo campo quod rompiui in illo loco de Moreyra,hominibus de Sistello duas quintas.Item debeo domno meo episcopo III tercias milii,quod maiorinus suus,domnus Simeon,leuauit iam alias tres.

1254-agosto-24 150

MARIA IBAÑEZ VENDE AL MONASTERIO DE FERREIRA DE PALLARES LA CUARTA PARTE DE UNA CASA EN LIGONDE POR CINCUENTA Y SIETE SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/1, 138 x 135(85) mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine,amen.Notum sit presentibus et futuris, quod ego,Marina Johannis,facio cartam uendicionis unius quarte unius domus. Quam quartam habeo in una domo,sub signo Sancti Iacobi de Leygundi.Quam casam fecit domnus Duranus,clericus de Nesperera.Quan ego,dicta Marina Johannis,habui ex parte matris mee,Eluire Ruderici.Et uendo predictam quartam predicte domus uobis domno Munioni,abbati de Ferraria et conuentui eiusdem loci.Et accipio de uobis pro illa in precio CC et LVII solidos;precium quod mihi dicte Marine Johannis et uobis predicto abbati et conuentui bene placuit.Et uendo etiam uobis medietatem exitus ipsius tocius domus,sub isto precio,cum omnibus aliis suis pertinenciis et directuris.

Si quis igitur contra hoc scriptum uenerit maliciose, pectet alteri parti CCC solidos et scriptum maneat roboratum.

Facta carta sub era Mª CCª XCª IIª et quotum nonas kalendas septembris.Regnante rege Alfonso.Michaele lucensi episcopo.Roderico Gomecii tenente Montem Rosum.Prestamarius Montis Rosi Roderico Fernandi de Rodeyro.

Qui presentes fuerunt:Leander Petri et Martinus Martini,alcaldes de Leygundi,ts.Johannes Fernandi,clericus de Leygundi,ts. Fernandus Nuni,clericus Sancti Cipriani,ts. Johannes Petri de Martin ,ts.Petrus Dominici de Vila Iusti,ts.Pelagius Martini de Castro,ts.Petrus Balugo,ts.

Ego,predicta Marina Johannis,predictam cartam propria manu roboro et confirmo.

Velascus notuit.

1 1

1214-agosto-30

EL ABAD DE FERREIRA DE PALLARES RENUNCIA A LA HERENCIA DEL [illegible],MUNIO PELAEZ.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/2, 131 x 117 mm. Minúscula diplomática.Conserva cinco agujeros romboidales de los que pendería el sello.

In Dei nomine. Notum sit presentibus et futuris,quod ego,domnus Munio,abbas monasterii Sancte Marie de Ferraria, una cum conuentu eiusdem loci,facimus quitacionem uocis qua faciebamus in hereditate Munionis Pelagii,fratris nostri,in casali de (1)\Outom/,sub signo Sancte Marie de Zolli.Quitamus totam uocem predicti fratris,ubicumque uadit,vobis filiis IIII^{or} Pelagii Roderici et uobis Petro Uelosso et uobis Fernando Johannis,filio Johannis Roderici.Et pro istud semper fit stabile in perpetuum,sigillo pendulo presens scriptum facimus roborari.

Facta carta in era Mª CCª XCª II et quotum IIIº kalendas setembris.

Testes huius:Petrus Dominici,clericus de Uila Iusti. Johannes Petri,capellanus Uille Iusti.Dominicus Michaelis. Johannes Caluus.

Velascus de mandato domni abbatis qui notuit.

(1). Tachado "Castro".

132

1254 -septiembre-9

PEDRO RODRIGUEZ VENDE A VELASCO PEREZ Y A SU ESPOSA SU PARTE EN LA IGLESIA DE SANTA EULALIA DE LOUSADA POR DOCE SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/3, 68 x 252 mm. Minúscula diplomática.

(Christus).Sub Christi nomine.Ego,Petrus Ruderici, nullo me cogente nec suadente,vobis Velasco Petri et uxori tue,Ocrace Ocueci,facio cartam dona uendicionis de mea porcione ecclesie Sancte Eolalie de Lausada et de porcione matris mee,Ocrace Ruderici.Quartam partem uobis uendo. Et accipio in precium XII solidos,monete regis.A modo de ea totas uestras uoluntates faciatis,meo dominio remoto et potestates (1).

Si quis autem heredum meorum uel alienorum hoc meum testamentum atentauerit infirmare,duplatam uobis restituat et hoc scriptum inuiolatum permaneat.

Facta sub era Mª CCª LXLII et quotum Vª idus septembris.Alfonsus Legione et Castella rex.Michael lucensis episcopus.Ricome Rodericus Gomesci.Tenente Palaris Munio Fernandi.Maiorinus Petrus Arie.Saon Iupus Arie.

Ego Petrus Ruderici hanc cartam roboro.

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Pelagius Parcero,ts.Martinus Petri,filius Petri Johannis,ts.

(2ª columna).Petrus Martini de Paachos .ts.Johannes Pelagii de Ecclesia,ts.

Michael Fernandi,notarius de Palaris,notuit.(Signum)

(1).-Borrado por expuntuación"faciatis".

133

1254-septiembre-14

EL JUEZ DON SANCHO MUÑOZ DISPENSA A LOS VECINOS DE LEVOSENDE DE LA FACENDERA Y LA COLECTA POR SER HOMBRES DE BEHETRIA.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/4, 216 x 152 mm. Minúscula diplomática.

In era Mª CCª LXXXXª IIª et quotum XVIII kalendas octobris.

Hec est exquisia inter Johannem Petri et Petrum Munionis et Fernandum Martini et Rudericum Johannis et Johannem Petri et Johannem Petri et M.Johannis,cum suis parentibus, ex una parte,et ex alia parte,Nuno Martini,mayordomum de domna Maria Fernandi de Rodeyro.

Ipse maiordomus requirebat ad ipsos predictos de casale de Louesende colectam et ipsi supradicti dixerunt quod non debebant dare colectam de illo casale quod erat casale de hominibus de bona progenie\de casale/ et de bene feytoria de qua nunquam derint fazendariam terre.

Et hanc inquisiam per ante iudicem Sancium Monionis miserunt illam et fuerunt inquisitores de illa Petrus Petri, dictus Rouco de Mundim,et Dominicus Sancti Mametis;et per uicarios Johannem Donniz de Castineyra et Dominicum Didaci de Outiom de Cas Denaya.

Et inuenerunt per inquisia per Sancti Euangelia XIIII hominibus bonis et III clericis presbiteris quo de illo casale de Louesende quod nunquam dederant fazendariam terre nec colectam.

Et post audiuit iudex Sancius Monionis hanc exquisiam quod nunquam dederant de illo casale fazendariam terre nec colectam,mandauit pro directum quod non dedissent fazendariam terre ne colectam,nisi per mandatum regis,post inuenit in exquisia quod erat predictus casale de hominibus de

bona progenie et de ben fectoria et nunquam deierant fazendariam terre inde.

Arias Muniz,Asme notarius,per mandatum iudicis Sancii Munionis.

174

1254-noviembre-13

MARINA IBAÑEZ VENDE A DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO TODAS SUS HEREDADES PATERNAS SITUADAS EN VILLAR DE PENAS POR DIECIOCHO SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/5, 92 x 163 mm. Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Ego,Marina Johannis,filia de Johanne Ordonii de Uillar de Penas,et omnis vox mea,vendo uobis dono Munio Fernandi de Rodeiro omnique voci uestre,scilicet, quantam hereditatem et vocem habeo de patre meo,Johanne Ordonii,in Uillar de Penas,sub signo Sancti Martini da Torre,cum omnibus suis directuris et pertinenciis.Et per ea accepi a uobis in precium XVIII solidos;precium quod mihi et uobis placuit;et tam de precio quam de roboratione nihil remansit.

Si quis igitur uos super eam calumpniare uoluerit, pectet voci regis C solidos et uobis hereditatem in duplo.

Facta carta era Mª CCª LXIIIª et quotum idus nouembris. Regnante rege Adefonso.Michaele Lucensi episcopo.Tenentibus Sarriam Petro Froyle et Gramiri.Conmendatore Hospitale Adefonso Lupi.Maiordomo Petro Moniiz.

Qui presentes fuerunt: Vimano Froyle,ts.Fernando Martini,clerico,ts.Suerius Petri,presbiter,ts.Ruderico Fernandi de Uillar de Penas,ts.Ruderico Petri de Uillar de Penas,ts.Munio Froyle,ts.Ruderico Ruderici de Paredes,ts.

Partholomeus notarius notuit.

136

1254-noviembre-15

MARINA IBAÑEZ Y SU NUERA MARINA PERIZ VENDEN A PEDRO PELAEZ,PRESBITERO,Y A OTROS SU HEREDAD DE CONSTANTE POR TREINTA SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/6, 221 x 90 mm. Minúscula diplomática.

(Christus).Sub Christi nomine.Ego,Marina Johannis, una cum Marina Petri,nura mea,vobis Petro Pelagii,presbitero,Johanni Nuniz et Marie Johannis,uxori uestre,et Pelagio Johannis,subdiacono,libenti animo,uendimus totam hereditatem nostram,cua ex parte Petri Oariz,mariti mei,habemus et habere debemus de uoce Marie Pelagii in toto Costante et in totis terminis suis,cum omnibus pertinenciis et directuris suis,sub aula de Sancto Michaele et de Sancto Georgio.Et accepimus a uobis pro ea XXX solidos legionenses.A modo eam habeatis semper in pace et uox uestra post uos,nostro dominio remoto et potestate.

Facta carta uendicionis era Mª CCª LXLIIª et quotum XVIIº kalendas decembris.Tempore regis domni Adefonsi. Episcopi lucensis domni Michaelis.Maiordomi Johannis Lis.

Nos prefate uenditores roboramus et confirmamus.(Signum).

Et sciendum quod predictus Petrus Pelagii,presbiter, comparat medietatem et alii duo per medium alteram medietatem.

Qui presentes fuerunt:Munio Petri,miles,ts.Martinus Lupi,miles,ts.Petrus Johannis,miles,ts.Johannes Petri,ts. Petrus Johannis,ts.Petrus Diaz,ts.

Fernandus Pelagii,notarius lucensis,notuit.(Signum)

136

1255-julio-12

CONCORDIA ENTRE EL TESORERO DIOCESANO DE LUGO Y EL PRELADO DE SANTA EULALIA DE GROLOS SOBRE LOS TRIBUTOS QUE DICHA IGLESIA DEBIA PAGAR AL TESORO EPISCOPAL.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/7, 123 x 220 mm. Minúscula diplomática.Conserva las cintas de que pendería el sello.Plica de 28 mm.

Sub era Mª CCª LXLIIIª et quotum IIIIº idus iulii.

Nouerint uniuersi presentem paginam inspecturi,quod cum Johannes Petri,thesaurarius lucensis,uicearchidiaconus in Palares,coram domno Michaeli lucensi episcopo peteret in iudicio a Pelagio Pelagii,prelato ecclesie de Sancte Eolalie de Grolos,V^{e} modios de centeno annuatim de predicta ecclesia sibi dari;ad quarum solutionem pro ut continebatur in libro censuali,qui liber tomus uocatur,teneri dictam ecclesiam asserebat,promominato prelato e contrario asserente;post multas rationes et alteraticnes,partes,de assensu domni episcopi et eiusdem capituli,ad huiusmodi compositionem amicabilem deuenerint.Uidelicet, quod prelatus qui pro tempore fuerint in predicta ecclesia Sancte Eolalie semper soluat annuatim ei,qui uices archidiaconi habuerit in Palaris,nomine lucense ecclesie,pro tributo duas tercias de centeno,saluo eidem uicearchidiacono quod propter hoc habeat et percipiat de eadem ecclesie Sancte Eolalie totas decimas annuatim.

Et per hoc debet esse quita semper et libera prenominata ecclesia a prenominata demanda et etiam a media tercia de centeno qua annuatim dare consueuerat pro tributo,saluo semper in aliis iure suo lucensi ecclesie quod in aliis ecclesiis consueuit habere.

Qui presentes fuerunt:Domnus Munio Pelagii,abbas de Ferraria de Palares,ts.Petrus Diaz,canonicus,ts.Martinus Lupi,canonicus,ts.Dominicus Johannis,capellanus domni episcopi,ts.Domnus Duram,maiordomus,ts.

Fernandus Pelagii,notarius lucensis,notuit.

137

1255-julio-15

MARINA NUÑEZ CONCEDE A DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO DERECHO DE PRIORIDAD EN LA POSIBLE VENTA DE SUS BIENES.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/8, 100 x 1)o mm. Carta partida per a,b,c. Minúscula diplomática.

Era Mª CCª LXLª IIIª et quotum idus iulii.

Conozuda cousa sea a quantos este scrito viren como eu,Marina Nuniz,filia de Berto Nuniz de Castelo,de boo curazon et de boa uoluntade,por min et por toda mia uoz,a uos,don Munio Fernandez de Rodeyro,ea uossa moler,dona Mayor Afonsso,ea uossa uoz,fazo preyto et veruo que sea stauel por senpre de quanta herdade et uoz eu ayo en eglegiario et en leygario en Castelo,su syno de Sam Saluador de Castello,con todos seus dereytos per uquer que essa herdade et uoz possades achar.Conuen a saber:Se essa herdade et uoz eu quiser uender ou supenorar,a uos ea uossa uoz o deuo afazer ante ca autro home nen ea autra moler.

Et se por uentura eu non posso me auiir conuosco en a uenzon ou en o supenoramento,poermus eu un meu amigo et uos outro uosso;et como esses amigos mandaren entre nos en o prezo da uenzon ou en o supenoramento,seer firme et stauel entre nos.

Esto fazo por min et por mia uoz;et quen a esto quiser passar,sea maldito et maldita et peyte a autra parte C soldos et de mays todo sea firme et stauel como susudiz.

Que presentes foron:Vaasco Perez,caualeiro de Lousada, ts. Munio Uermuiz de Fontao,ts.Pedro Arias,caualeyro,ts. Johan Caton,ts.Nuno Eanes de Moosende,ts.Don Monio Pelaez, abade de Ferreyra,ts.Johan Fernandez,peruedo,ts.

Johan de Santiago,notario de Portomarin,notuit.

178

1255 -agosto-17

EL ABAD DE FERREIRA DE PALLARES, DON MUNIO PELAEZ, DONA AL OBISPO Y CABILDO DE LUGO UN SERVICIAL EN CARUDE.

A.-Madrid.-A.H.N.-Clero,Lugo,Catedral,1329 A/7,175 x 155mm. Minúscula diplomática.

Sub era Mª CCª LXIIIª et quotum XVIº kalendas septembris.

Nouerint omnes presentem paginam inspecturi,quod nos,Munio Pelagii,abbas,et totus conuentus monasterii de Sancta Maria de Ferraria de Palares,ob multiplicem gratiam quam semper inuenimus in episcopo et capitulo lucense,donamus atque concedimus eisdem episcopo et capitulo lucensi unam seruicialiam nostram cum omnibus iuribus et pertinenciis suis in perpetuum iure hereditario possidendi,transferentes statim in lucensem ecclesiam dominium et possessionem ipsius.Est autem seruicialia predicta in territorio a Fura uocato,in uilla que nuncupatur Carude.

Et ut presens donatio in posterum non ualeat in dubium reuocari,nos,prenotati abbas et conuentus monasterii Sancte Marie de Ferraria de Palares,presentem donationis cartam roboramus et confirmamus.(Signum)

Et quod nos,prefatus conuentus,sigillum proprium non habemus,sigillum abbatis nostri apponi mandauimus, et ipsum unanimiter aprobamus.

Qui presentes fuerunt:Domnus JohannesAlfonsi, decanus lucensis,ts.Domnus Fernandus Johannis,archidiaconus de Abancis,ts.Domnus Johannes Garsie,archidiaconus de Sarria,ts.Domnus Johannes Petri,thesaurarius, ts.Petrus Didaci,canonicus,ts.Dominicus Johannis,canonicus lucensis,ts.

Fernandus Pelagii,canonicus et notarius lucensis, notuit.(Signum)

139

1255-septiembre-17

DISPUTA ENTRE DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO Y LOS HABITANTES DE MOUGAN SOBRE LAS LAURADAS DE LOS MONTES.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/9, 112 x 157 mm. Minúscula diplomática.

Era Mª CCª LXXXIII et quotum XV kalendas octobris. Notum sit,quod fuit orta intencio inter domnum Munio Fernandi de Rodario,ex una parte,et totis homines de Mougam, ex altera parte,super lauradas montis.

Vnum,ipsi homines de Mougam dicebant quod totis casales non ibant ad montes.Super hoc posuerunt boni homines ad placitum parcium.Scilicet,Michael Johannis de Choli, et Fernandus Johannis de Sancto Mamete de Lausada,clerici; et illi inquisierunt per inquisiam iuratam et inuenerunt quod casale de Casais non ibat ad montem nisi ao Castro et casale de Casela non ibat ad montem nisi oo Amiido et casale que uocant Pelagii Breti de Fontaelo ibat a Archa cum casale de Teiximir,cum casale de Ercos et cum casale de Ramiro et cum casale de Guzidos;et alio casale de Fontaolo uadit a Gusindo et est totum suum extra una pecha que est de Tecxumir;et isto minimo casale uadit cum ecclesia de Mougam ad Siluelas;et casale que uocant de Froila Didaci una pecha ao cobou que est sua;et omnes casales de Mougam uadunt ad montes,extra Casela et Casais;et casale de Fontaelo,que fuit Pelagii Breti,que non uadit ad montes.

Et isti boni homines iam dictos mandauerunt quod sicut casales habebant in Mougam incultis ita habeant in montes,extra Casela et Casais et casale,que fuit Pelagii Breti,quod habent suos montes.

Et hoc factum fuit tempore Adefonsi,Legione et Castelle rex.Michael lucensis episcopus.Ricome Rudericus Gomesci.Tenente Palaris Munio Fernandi.Maiorinus Petrus Arie. Saon Rudericus Arie.

(1ª columna).Petrus Arie de Castelo,ts.Ocuecus Petri, ts.Petrus Odoariit,ts.

(2ª columna).Rudericus Odoarii,ts.Johannes Ruderici, ts.Isidro Michaelis,ts.

Michael Fernandi,notarius de Palaris,notuit.(Signum)

140

1255

CONCORDIA ENTRE DOÑA SANCHA FERNANDEZ Y SU TIO,DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/10, 200 x 322 mm.Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Notum sit omnibus,quod cum domna Sancia Fernandi et maritum suum,domnum Guidissaluum Fernandi,dictum Churichanum,ex una parte,et domnum Munionem Fernandi de Rodario,ex altera,fuissent multas demandas super hereditatibus et rebus suis.

Vnum,ego domna Sancia Fernandi,presente domno Guidissaluo Fernandi,marito meo et concedente,facio tale pactum: Ubicumque domno Munione Fernandi de Rodario,tio meo,quod numquam debeo ego et uox mea demandare uobis in bona domni Martini Fernandi et domni Johannis Fernandi.

Et ego, domnus Monio Fernandi non debeo demandare uobis in bona domne Maioris Fernandi nec domni Nuni Fernandi,nisi tantum quartam de casale de Canauale et quarta de casale Sancte Eugenia,quos habeo iam ganatos im perpetuum et tres quartas ecclesie de Laro quas teneo;quas uos non debetis mihi demandare in uita mea,nisi tantum si filios domni Nuni Fernandi potuerint eas habere de me pro directum placitum mihi quod ganatis eam.

Et ego, domna Sancia Fernandi,cum uiro meo domno Guidissaluo Fernandi,propter hoc non demito demandare ad ... .. et ad ordines in uita uestra et post mortem et demandemandare quartam de casale de Canauale que fuit de matre mea.

Et ego domnus Munio Fernandi quito uobis domne Sancia Fernandi et domno Guidissalui Fernandi demandam qua uobis demandabat de tribus casalibus;unum in Botos et alium in Nozeda et alium in Uinoa,pro uoce domni Johannis Fernandi et CCXX solidos quos mihi debetis ;quito uobis (1)

(1).Repetido "quitó uobis".

medietatem de bonna domne Sancie Petri in Toronio,cum nouos de iste anno.

Et ego domna Sancia Fernandi et viro meo domno Guidissaluó quito uobis totos nouos que habuistis de hereditatibus meis et totum profectum et quito uobis cum uiro meo quod non amparetis nos cum quarta de cauto de Laro, de filiis domni Nuni Fernandi que nobis dedistis in concambio.Et debetis nos amparare in Laro cum quinione de Johanne Fernandi et de domni Munione Fernandi in uita uestra.

Et ego domna Sancia Fernandi cum uiro meo domno Guidissalui Fernandi debemus amparare uos cum illo concambio quod uobis dedimus in Leyro,in uita uestra et in ratibus; et per istum pactum sumus quitos de totas demandas quas ad inuicem habebamus.Et debemus uos amare et aiuuare et alios placitos quos ante istos fecimus de concambio de Leyro et de Riatitos et de Laro ualeant,nisi in tantum quod uos domnus Munio non debetis nos amparare cum illa quartam de Laro de filiis domni Nuni Fernandi.Et in aliis ualeant.

Et nos Sancia Fernandi et uir meus Guidissaluus Fernandi non debemus nullam rem querere nec demandare in bona domni Munionis neque filiorum suorum.

Era Mª CCª LVLª IIIª.Regnante domno Adefonso,rege Castella,Tolleto et Legione.Domno Michaele episcopo lucensi.

Qui presentes fuerunt:Domnus M. abbas Ursaria. Domnus Fernandus,cuondam abbas Alcobacie.Domnus Johannes,quondam abbas Superaddi.Domnus Fernandus,quondam prior.Domnus Petrus Martini ..... .Domnus Rudericus,vistiarius. Menendus Uelasci de Deza.Rudericus Alfonsi de Orzelom. Fernandus Oduarii de Picom.Guterius Pelagii de Canba.Petrus Oduarii de Canba;milites.Nunus Petri,clericus.Petrus, monacho de Laro.Petrus Espora,armiger de Canba.Petrus Romeus,clericus.

M.presbiter,notuit.

141

1256-marzo-31

MARIA FERNANDEZ VENDE A PEDRO NUÑEZ Y A OTROS UNA HEREDAD EN VILA DE MOUROS POR TRECE SUELDOS Y OCHO DENARIOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/11, 237 x 60 mm. Minúscula diplomática.

(Christus).In Dei nomine.Ego,Maria Fernandi,vobis Petro Nunonis et uxori tue,Sancia Nunonis,et vobis Petro Canis et uxori tue,Marie Nunonis,et vobis Juliano Nunonis et uxori tue,Marie Petri,facio cartam uendicionis tocius mee hereditatis que habui ex auis meis,sub aula Sancta Maria de Feron,in uilla nominata de Mauris.Et est de una media quinta faciunt quinque et de una quinta de duas partes faciunt quator.

Uendo uobis una quarta et isti comparatores comparant inter eos.Et accipio in precium III solidos et VIII denariis.Habeatis eam in perpetuum uos et posteritas uestra post uos,meo dominio remoto et potestate.

Facta sub era Mª CCª LXIIII et quotum II kalendas aprilis.Adefonsus Legione et Castelle rex.Michael lucensis episcopus.Ricome Rudericus Gomescit.Tenente Palaris Rudericus Fernandi.Maiorinus Fernandus Didaci.Saon Johannes Petri.

Maria Petri hanc cartam roboro.

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Dominicus Martini,presbiter,ts.Petrus Petri,ts.Petrus Martini de Pinecro,ts.

(2ª columna).Pelagius Eri,ts.Johannes Pelagii,ts.

Michael Fernandi,notarius de Palaris,notuit.

142

1256-julio-27

PEDRO ARIAS DE RODEIRO VENDE A DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO LAS HEREDADES QUE POSEE EN LA PEÑA DE RIADIGOS DEL CONDE.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/12, 117 x 158 mm. Minúscula diplomática.

Notum sit omnibus per hoc scriptum perpetuo ualiturum,quod ego,Petrus Arie de Rodario,et uxor mea,Marina Johannis,vendimus uobis,dompno Monio Fernandi de Rodario, et uxor uestre,dompne Maiori Alfonso,quanta hereditate habemus in loco ubi uocatur a Pena de Riadigos del Conde.Et iacet sub aula Sancti Uincencii de Riadigos.Vendimus et concedimus uobis predictam hereditatem ad montes et ad fontem,cum omnibus exitibus et pertinenciis suis.Quod habeatis eam uos et omnis posteritas uestra iurem hereditarium perpetuum.Et de toto precio fecistis nobis pagum ad placitum nostrum quia nichil inde remansit.Et concedimus uobis per nos et per omnia bona quod amparemus uos semper cum ea ad directum.

Si quis igitur contra uendicionem illam uenire persumpserit,iram Dei habeat et pariat alteri parti quantum quesierit dublatum et uoci regie C aureos persoluat et carta in suo robore permaneat.

Facta carta sub era Mª CCª LXIIIIIº et quotum VIº kalendas agusti.Rege regnante in Legione et Castella,rege domno Adefonso. In Auria episcopo Johanne.Maiorino in tota Gallecia dompno Roderico Garsie.

Testes qui presentes fuerunt et audierunt:Petrus Oerii,rectorem ecclesie Sancte Marie de Parra.Johannes Pelagii,rectorem ecclesie Sancte Marie de Uzelii.Dominicus Pelagii,prelatus ecclesie Sancti Martini de Gueeral.Arias Petri de Paradela.

Et ego Petrus Dominici,notarius qui uocatus interfui et scripsi et signum meum apposui.(Signum)

143

1257-febrero-22

RODRIGO ODOARIZ VENDE A PEDRO ODOARIZ Y A SU MUJER TODAS SUS HEREDADES DE ULLOA POR DIEZ SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/13, 68 x 217 mm.Minúscula diplomática.

(Christus).In Dei nomine.Ego,Rudericus Odoariz,nullo me cogente nec suadente,sed bono animo,vobis Petro Odoarii et uxori tue,Terecsie Ocueci,facio cartam uendicionis tocius mee hereditatis que habui ex auis meis,teritorio Vluoa; et est in Arulfi(1) et iacet inter Salam et Pugida.Uendo uobis et concedo quantum ibi habeo,cum totis suis pertinenciis nouis et antiquis.Et est de medie sextam partem.Uendo uobis et accipio in precium X solidos,monete regis.Habeatis eam in perpetuum uos et posteritas uestra post uos, meo dominio remoto et potestate.

Facta sub era Mª CCª LXLV et quotum VIIIº kalendas marcii.Adefonsus rex Legione et Castelle.Michael lucensis episcopus.Ricome Rudericus Gomesci.Tenente Ulia Gomecius Lupi.Maiorinus Fernandus Lupi.

Ego Rudericus Odoarii hanc cartam roboro et confirmo.

Qui presentes fuerunt:

(1ª columna).Johannes Pelagii,presbiter,ts.Vermudus Michaelis,ts. .. Petri,uocatus Coi o,ts.

(2ª columna).Petrus Petri Lausada,ts.Martinus Pelagii Uerua,ts. Johannes Petri de Cima de Uila,ts.

Michael Fernandi,notarius de Palaris,notuit.

(1).Tachadas dos letras.

144

1257-marzo-4

DOMINGO IBAÑEZ VENDE A DON MUNIO PELAEZ,ABAD DE FERREIRA DE PALLARES,UN QUIÑON QUE POSEE EN FRIAMONDE POR TRES SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/14, 172 x 115 mm.Minúscula diplomática.

In Dei nomine.Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris,quod ego,Dominicus Johannis,uobis domno Munioni Pelagii,abbati de Ferreira,facio cartam uendicionis in perpetuum ualitura de meo quinione de una larea in uilla que uocatur Freamunde,sub signo Sancti Iuliani de Insula,super casalem de Traslama.Et est in longam Lª et II uaras de VI palmesa uara;et est III in ampro de predicta uara.Et acepi de uobis in precio III solidos;precium quod mihi uobisque conplacuit.Et de precio apud uos nichilus remansit in debito,meo dominio remoto et in uestro iure tradita.

Et si aliquis,ex mea parte uel ab extranea,hanc\cartam/ calumpniare uoluerit,sit maledictus et pectet uoci regis X solidos et uobis duplet hereditatem in tali loco et carta remaneat in suo robore.

Facta carta sub era Mª CCª LXXXª Vª et quotum IIIIº nonas marcii.Regnante rege Alfonso in Legione et Castella. Roderico Gomeci tenente Montem Rosum.Michael lucensis episcopus.

Qui presentes fuerunt:Fernandus Arie de Sobercedo,ts. Gilelmus Johannis,miles de Enueande.Gomecius Martini,miles de Streuam.Johan Fernandi de Cusgale,ts.Petrus Martini de eiusdem,ts.Johannes Petri,maiordomus de Insula,ts.

Arias Munionis,notarius Asme,notuit.

145

1257-mayo-27

FERNANDO NUÑEZ Y OTROS VENDEN A DON MUNIO FERNANDEZ DE RODEIRO SUS HEREDADES DE VILAR DE INFANZOS POR 780 SUELDOS.

A.-MADRID.-A.H.N.-Clero,Lugo,Ferreira de Pallares,1087/15, 325 x 110 mm. Minúscula diplomática.

